

www.e-rara.ch

Carminum puerilium et juvenilium libri IV

Placcius, Vincent

Amstelodami, 1668

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-59486>

[Liber III.]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

NOBILISSIMO EX
CELLENTISSIMO
S Y L V Æ,
S I V E
C A R M I N U M
P U E R I L I U M
E T
J U V E N I L I U M
L I B E R I I I.
V I N C E N T I I P L A C C I I
H A M B U R G E N S I S.

184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500

C A R M I N U M

P U E R I L I U M

J U V E N I L I U M

L I B E R I I I

V I N C E N T I I P L A C C I I

H A M B U R G E N S I S

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500

SYL

NOBILISSIMO EX-
 CELLENTISSIMO
 ET EXPERIEN-
 TISSIMO

D. MICHAELI KIRSTENIO,

Philosophiæ & Medicinæ Do-
 ctori, Physices ac Poëtices
 Professori Publico.

Domino & Patrono meo summo

S. P. D.

Rimitiarum, Vir Clarissime, &
 Excellentissime, hoc fatum esse so-
 let, ut numquam ferè apud cul-
 tores suos permaneant, sed vel
 Diis, vel cognatis, aut amicis
 cedant. Idem meis hisce Poëticis nunc contigit,
 quæ alias Fure tuo meritoque, cum iis quæ nunc
 ex-

exhibeo una ad Te erant ituræ: quippe cujus se-
 dule olim atque fideli culturæ, hoc quidquid est
 è studiis meis fructuum, acceptum omne refero.
 Vereor equidem ne sterili nimis fundo operam
 tuam atque culturam adhibuisse videaris, si ex
 hisce proventibus pœticitis, de reliquâ etiam in-
 genioli mei feracitate iudicium fieri patiar.
 Quod adeo nescio an vel tuum hac in parte esse
 velim. Non quod parcius eo nunc atque olim
 utendum mihi existimem: Neque enim vel Apol-
 linis lubentius adhibeam Tuo illo, quo olim, cum
 penè adhuc puer optimo meo fato tibi me appli-
 cuissim, præ meo & quovis alio non infelici-
 ter neque ad pœnitentiam sum usus. Sed est
 cur hac in causa non immerito te metuum:
 quippe quem non lateat, quam soleas nimis
 modeste plerumque de iis quæ ad te pertinent ser-
 tire. Fam autem ea quæ hic vides, nullo non
 Fure tua sunt. Utpote Tuis auspiciis olim con-
 scripta, & nunc quoque nescio an recte satis,
 in publicum emissa. Cujus imo si quid in iis bo-
 ni sit, & laude sua non omnino indignum, id
 omne KIRSTENIANUM esse neminem, qui
 post doctissima Tua Poëmata meis hisce versiculis
 lectionem adhibere sustineat latere posse existimo.
 Atque utinam tantum illud esset, quantum vel-
 lem, jam confidentiore animo immortalitatis
 Parnassie Lauream mihi promitterem imo spon-
 derem. Sed nosti quam soleant multa plerum-
 que labe etiam optimi artificum ab archetypo de-
 cidere. Mihi vero illud eo minus fuit evitabile,

quo præstantius mihi atque artificiosius exemplar imitandum proposueram. Quare quid mirum si Te in infelicissimum Tui imitatoreni digna sententiâ animadversurum subvereor? Quod si tamen seposita omni hac consideratione, tamquam alienum aliquod alienæ industrie monumentum hæc meas lucubrationes pernoscere velis: nemo mortalium est, cujus censuram præ tua subire malim. Quippe cuius & æquitatem, & humanitatem jam olim multis ac magnis experimentis compertam habeo: & intelligentiam in hoc studiorum genere atque peritiam, nulli hujus sæculi eruditorum adequatam, nedum superatam, uti olim credidi; ita nunc confectis peregrinationibus meis verè cognosco. Sin autem & hac ratione castigationem temeritatis meæ aliquam adhuc promeruisse videbor: habes sanè quibus ista mea ex manibus illorum quibus inutiliter teri fortassis poterant, uno ictu excutias. Elegantissima nimirum & doctissima tua omnis generis Poëmata, quæ sparsim hæctenus visa, omnes Musarum amæniorum cultores, veræque elegantie atque doctrine aestimatores conjunctim recusa possidere avidissimo desiderio, & expectatione incredibili, ac assiduis votis exoptant. Et sanè quemadmodum non potes leviozem, ne dicam suaviozem mihi audacie meæ pœnam infligere: ita non potes, meâ sententiâ, honeste tot delicata & studiosissima Tui ingenia tam vana & diuturna spe diutius lactare: quam ut tandem abrum-

pam

*pam atque impleam, nisi lubens quamcumque
Poëmatum tuorum partem omnium meorum dis-
pendio redimerein, nimium mihi & in Te, &
in omnes Musarum cultores ac amicos injurius vi-
derer.*

Vale

*Vir Excellentissime, & impor-
tunitati mee ignoscens, fa-
vere perge.*

S Y L-

S Y L V Æ,
 C A R M I N U M
 P U E R I L I U M
 E T
 J U V E N I L I U M
 L I B E R I I I.

P H Y L L I S
 E C C L O G A.

In discessum Daphnidis à Phyllide.

Dicite Pierides, mœstus quæ car-
 mina Daphnis
 Fuderit, invitus cum Phyllida lin-
 queret, & cum
 Rura sibi dilecta diu mutaret:
 ineptus

Triste supercilium Phœbanoris, osque malignum,

Atque indigna pati fastidia. Dicite Musæ,
 Auxilio potuit vestro quæ dicere Daphnis.

Deplorata dies aderat, quæ Phyllida, Daphni,
 Dilectam, rapuitque tuum tibi Daphnida,
 Phylli.

Pallidior mœstos solito Titania campos

Rore

Rore novo spargebat, & haud bene Lucifer atro
 Sidera dispulerat cœlo: vestigia Daphnis
 Per-linguenda sibi solus cum ruscula figens,
 Et loca ferventes renovantia Phyllidis ignes
 Extremum lustrans, variosque è pectore que-
 stus

Er conjuncta trahens suspiria, perque myricas,
 Et salices, quæ, Sala, tuas circum undique ripas
 Puniceis permista rubis, calthaque palustri
 Condecorant, hinc inde repens, vix denique
 densas

Inter procubuit corylos, & carmine tali
 Heu nimis infaustos! nec quicquam flevit
 amores.

Phylli vale, dilecta imo mihi pectore Phylli,
 Incipe sollicitis animum confundere curis,
 Et lacrimis implere bonis, & questibus ora.
 Sic fas est, sic, Daphni volunt crudelia fata,
 Et malè quæ nostris ludit fors perfida rebus.

Phylli vale victura meo cum pectore Phylli,
 Dum mihi pectus erit, corylos distinguere fagis
 Dum poterò, poteritque suas dum pascere flam-
 mas

Cor mihi nunc tenui distendens sanguine
 venas.

Phylli vale, & mecum crudelia carpere fata
 Quodque licet solum absenti, suspiria mœsta
 Perge meis fociare: ferantur & hæ licet udis
 A Zephyris, nostras tamen allabentur ad aures
 Atque animos tandem, præfagaque pectora
 luctus

Phylli, tui, nostroque dabunt fomenta dolori.

Phylli vale, conjuncta meo cum pectore

Phylli,

Non tamen hinc nimium quamvis divellet iniquus

Te pater, aut Furia, vel si quid durius illis

Orcus habet. Quocunque erret sub fidere

Daphnis,

Vivet ibi conjuncta suo cum Daphnide Phyllis.

Phylli vale, nostrum decus, ô carissima

Phylli,

Et vos herbofo viridantes vertice colles,

Vosque olim nobis umbrosa cubilia valles,

Et saltus virides, & mollia prata valete.

Et quas præ reliquis mecum mea Phyllis
amavit,

Maliferae sylvæ, nostris loca cognita furtis.

Vos etiam glauca canentia fronde salicta,

Vosque rubi, queis non Thisbei conscia fati

Decertet morus, cumq; his rubicundula mixtos

Egregium corylos inter decus arbuta, quæque

Redditis argutos zephyris virgulta susurrus,

Extremum hoc audite vale, questusq; supremos

Ingeminate meos, & mecum dicite, Phylli,

Phylli vale, laudanda meo nunc carmine

Phylli,

Quam tua quam tristis mihi se nunc sistit
imago!

Ah video lacrumis humentia lumina fufis,

Non secus ac Phœbum mediis ex imbribus
ignes

Jactare. Ah video rorantia fletibus ora,

Ora, eheu! non jam tam suave rubentia, ut

olim,

I

A no-

A nostris caperent cum Basia mille labellis.

Ah video teneras ferientes pectora palmas,

Pectora sinceris nil tale merentia flammis.

O utinam dextræ saltim conjungere dextram

Nunc liceat, tenerisque innectere vincula fertis,

Compositamque comam variis redimire Cor-
rollis!

Quod quoniam nunc fata vetant crudelia
Daphnin

Phylli, precor, tibi fac: nexisque à Daphnide
fertis

Formosas immitte manus, submitte capillos.

Phylli vale, vita mihi carior, optima Phylli.

Vos Superi, & si quæ has colitis bona numina
valles,

Et tu, Sala pater, quondam opportunus amori
Daphnidis, exiguo veheret cum Phyllida
lembo:

Et vos Saliades Nymphæ, & sylvestria Fauni
Numina, pastori, precor, hoc concredite vestro

Extremum munus, neve hæc permittite ferta,

Et quæ plura dedi contextis oscula fertis,

Phylli, tibi reddenda, vagis divellere ventis.

Non, precor, hæc ausint malè prælibare co-
hortes

Melliferæ, aut aliæ quas hæc vehet aura vo-
lucres.

Tuque teres quæ fagus ades mihi proxima,
serva

Dulce onus, extremumque vale quo Phyllida
Daphnis

Flevit, in his fertis optata ad lumina defer.

Sic

Sic tua longævis umbrosa cacumina ramis
 Æternum vigeant, & præmia forsitan ipsa
 Muneris extremi, veniens dabit oscula Phyllis.

Phylli vale, linqüenda mihi pulcherrima
 Phylli

Phylli vale, & munus saltim hoc abeuntis
 habeto

Extremum, has lacrimas, & quæ dedit oscula
 Daphnis

Floribus his, reddenta tibi, dulcissima Phylli
 Unus amor, mea Phylli, meus. Te linqüere
 sæva

Fata jubent, at non cum Phyllide Phyllidos
 ignes.

Phyllis inextinctos in pectore Daphnidos ignes,
 Ipsa fovet, præbetque æternis pabula flammis.

Interea, mea vita, vale, Jam mitia fata

Se sistent iterum, & niveo signanda lapillo

Fausta dies, aurove, aut quod pretiosius auro est,

Cum potero in lætam tibi dicere redditus au-
 rem,

Phylli veni, conjunge meis tua pectora Phylli,
 Phylli veni, permisce meis tua basia Phylli.

PROPEMPTICUM

A D

JOHANNEM ELERUM,
HOLSATUM, J. U. CANDIDATUM.

Cum post varia & longa in diversis Ger-
manix Academiis exercita studia

Anno D. 1661. d. 28 Julii.

Tandem Lipsix

In patriam reditum pararet.

ERgo tuos tandem repetes, Charissime,
Cimbros,

Et longum, dices, ô Philurea, vale.

Cimbrica nunc tellus solito te lætior effer,

Excute quos luctus bella dedere tibi.

Arma silent & tela secant Mavortia campos

Et sua jura iterum vindicat alma Themis.

Illius & soboles ELERUS pectora legum

Excultus studiis te bene digna redit.

Hic est indulfit cui se doctissima totam

Quemque vocat natum Julia Magna suum.

Hunc etiam (at prohibent doctæ bona Numi-
na Divæ

Infaufti hos elegos nomen habere loci!)

Si tamen, & tectis liceat depingere verbis,

Signaque funesti ponere pauca loci.

Urbs est jucundis Salæ quæ lambitur undis,

Ni modo nunc prorsus funera tanta fugit.

Hic nostrum citius post funera mœsta pro-
fectum

Lu-

Luget adhuc Themis, & turba novena
Deum.

Nunc vero Philurea magis sibi mœret ademp-
tum:

Ah, fallor verbo, mox adimendus erat.

Ast id idem est: spatioque brevi duo tempora
distant:

Prolongent illud fata benigna tamen.

Aut quoniam spes hoc nunc abnuit, optima
doctis

Cum Divis mecum, nunc, Philurea dole.
Plissiadès Nymphæ, precor, hunc retinete, fu-
gamque

Numinibus vestris hanc inhibete, precor.

Aut siquidem retinere nefas, votisque suorum

In patriam patrio jure vocatur, eat.

Attamen absentem luctus lacrumæque sequan-
tur,

Effusumque simul voce favente vale.

Tu vero imprimis crines tibi scinde, Lycori,

Heu nimis E L E R O semper amata tuo.

Non tibi nunc quamvis alius, tua, limina forsân

Qui tibi nocturnus sæpe salutet, eat.

Atque alius repetenda tibi ferat oscula quamvis,

Non tibi tam posthac fidus amator erit.

Nescis quem perdas, nescis, temeraria, nescis:

Hic tibi vel lacrumis heic retinendus erat.

Et poteras retinere, ipsi in sua colla lacertos

Mittens, inque tuos lumina mœsta sinus.

Sed quia non retines, fatum hoc non velle pu-
tabo:

Quamquam, hoc ut repetam, sic retinendus
erat.

Interea quoniam nil nunc nisi vota supersunt,

Et poscit summum tristior hora vale.

Ah utinam tantos caperet mea Musa furores,

Ut tibi condigno diceret ore vale!

Quæ quamvis semper titubet male, nunc quoque iusto

Ex hoc discessu muta dolore filet.

Tu tamen hæc pedibus Themidos mihi dicta probatæ

Quamlibet haut æquis nunc Elegia, refer.

Flebilibusque modis quamvis felicia fata

Pande, sed his absint omnia mœsta modis.

Vix bene reddiderat mater relevata pufillum

E L E R U M, simili gaudia magna patri.

Cum Themis & genetrix gratorum Suada leporum,

Et vitrea Charitum veste probanda cohors.

Quæque favet doctis Pallas Tritoniâ, quæque

Numina præterea pectora magna fovent.

Unanimi pariter cura sumpsere fovendum

Depositum gremio vix bene matris onus.

Hæc Nectar, tulit illa favos, cunctæque dedere

Cultori quondam munera larga suo.

Imprimis sed læta Themis, mox ora resolvit

Veridica, & pueri singula fata canit.

Fata suis equidem vicibus distincta, sed inter

Quæ tamen auratis multa probanda notis.

Quæ nunc si digno canent mea Musa cothurno,

Non possem quod sit tam male mœsta queri.

Ne, tamen hic penitus taceam, quæ paucula tristis

Nunc Elegia mihi dat bona fata, canam.

I bene,

I bene, desertosque diu nunc respice Cimbro,
 Et puero quondam qui caluere focos.
 Jam te praesentem sibi publica commoda terrae
 Exposcunt patriae, te vocat ipse parens.
 Te posthac fatis tua fors tutabitur æquis,
 Fulgebunt posthac candida cuncta tibi.
 Te fora gaudebunt, te curia, teque penates
 Privati surgent in bona fata tui:
 Jam tibi divitiæ crescunt, augentur honores,
 Ponitur inque tuo sponsa beata thoro,
 Unde brevi surgant nati, vultuque parentem,
 Et dignâ pulchro corpore mente ferant.
 Hæc tibi Convictor longo bene cognitus usu,
 Nunc discedenti denuo cuncta vovet.
 Et Musa languente notat, meliora daturus,
 A te cum veniet littera longa, Vale.

OVIDIO-CENTO

SIVE

PROPEMICON ALIUD

In discessum ejusdem,
 ex panniculis

P. OVIDII NASONIS

Consutum.

PRÆLUDIUM.

Dum mea Musa negat, dignos tibi languida
 versus,
 Promptior ecce suos Naso Poëta dedit.

200 C A R M I N U M

Carmina Nafonis cui non placuêre Poëtæ?

Et cui non placeant, cui modo nafus adest?

Quo tamen illa magis poffint tibi lecta placere,

Nec noceant noftris infidiosa modis.

Sit tibi prima fames noftris exempta legendi,

Fercula poft faturo Nafo fecunda ferat.

Largaque fuccedant epulis bellaria parcis,

Ne damnun primæ menfa fecunda ferat.

Infpidis fic quæ primò læduntur ab offis

Ora, faporatas rectius inde probant.

CENTO OVIDIANUS.

4. P. 13. **O** Mihi non dubios inter memo-
rande fodales

3. Tr. 4. E L E R E, ingenio femper amate
meo.

2. P. 5. Scilicet ingeniis aliqua eſt concordia
junctis,

Et fervat ſtudii fœdera quiſque fui.

1. Tr. 8. Sive aliquod morum, ſeu vitæ labe ca-
rentis

Eſt pretium, nemo plûris emendus
erat.

Sive per ingenuas aliquis caput extulit
artes,

Quælibet eloquio fit bona cauſa tuo.

1. Amo El. 5. Singula quid repetam? Mores natura
pudicos,

3. Tr. 7. Et raras dotes ingeniumque dedit.

3. P. 3. Nota tua eſt probitas, teſtataque tempus
in omne,

Pectus & Herculeæ ſimplicitatis habes.

Ut-

Utque tibi est animus, cum res ita postu- 2. P. 9.
lat, arma

Sumere, & hostili tingere cæde manus:
Tempora sic studiis ubi sunt data iusta
paternis,

Ejusdem sacri cultor uterque sumus.
Tu quoque Pieridum studio, studiose, 2. P. 5.
teneris,

Ingeniumque probas, ingeniose, 1. Tr. 8.
meum.

His ego commotus, dixi tibi protinus ipsi, 1. Tr. 8.

Serviet officio spiritus iste tuo. 5. Tr. 9.

Accipe per longos tibi qui deserviat an- 1. Am. 3.
nos,

Accipe qui pura, norit amare fide.

Denique tantus amor nobis, carissime, 2. P. 4.
semper,

Quantus in Æacide Actorideque fuit.

Multaque præterea manifesti signa fa- 3. Tr. 5.
voris

Pectoribus teneo non abitura meis.

Hæc mihi semper erunt imis infixæ me- 1. Tr. 4.
dullis,

Perpetusque animi debitor hujus ero.

Da mihi, si quid ea est, hebetantem pe- 4. P. 1.
ctora Lethen,

Oblitus potero non tamen esse tui.

Te nisi momentis video pene omnibus 3. P. 5.
absens,

Vel freta Leucadii mittar in alta Dei. 5. Tr. 2.

Hic es, & ignoras, & ades creberrimus 1. P. 10.
absens,

- 3 P. 5. Gratia Dis, menti quolibet ire licet.
4. P. 15. Semper inoblitâ repeto tua munera
mente,
1. Am. 3. Tu mihi, si qua fides, cura perennis
eris.
1. Tr. 7. Quid nisi tot lusus, & tot mea seria nos-
ses,
Tot lusus nossem seriaeque ipse tua.
Quid nisi convictu caussisque valenti-
bus essem
Ascitus toties in genus omne joci.
2. P. 10. Sæpe brevis nobis vicibus via visa lo-
quendi est,
Pluraque si numeres, verba fuere fide.
Sæpe dies sermone minor fuit, inque lo-
quendo
Tarda per æstivos defuit hora dies.
2. P. 4. Non ego si biberis securæ pocula Lethes,
Excidere hoc credam pectore posse
tuo.
- In Ibin* Definet esse prius contrarius ignibus
p. m. 366. humor,
Junctaque cum Luna lumina solis
erunt.
1. Tr. 7. Omnia naturæ contraria legibus ibunt,
Parque suum mundi nulla tenebit
iter:
2. P. 4. Quam tibi nostrarum veniant oblivia
rerum.
Non ita pars fati candida nulla mei est:
Ne tamen hæc dici possit fiducia men-
dax,

Stultaque credulitas nostra fuisse,
cave.

Teque quod est rarum, præsta constan- 4. Tr. 5.
ter ad omne

Indeclinatæ munus amicitia.

Hei mihi cur animis juncti secernimur *Ep. Ls-
andr.*
unis,

Unaque mens, tellus non habet una
duos.

Sed quod tu nolles, voluit miserabile fa- 4. P. 6.
tum,

Hei mihi, plus illud quam tua vota
valet!

Nunc ego jactandas optarem sumere 3. Tr. 8.
pennas

Sive tuas, Perseu, Dædale, sive tuas.

Ut tenerâ nostris cedente volatibus aura,
Aspicerem patriæ dulce repente so-
lum.

Bis me sol adiit gelidam post frigore 4. Tr. 7.
brumam,

Bisque suum tacto pisce peregit opus.

At mihi jam videor patriâ procul esse 5. Tr. 10.
tot annos,

Dardana quot Grajo Troja sub hoste
fuit.

Verum quid faciam? Tu cui licet aspice 4. P. 15.

CIMBROS.

Hei quanto melior fors tua sorte mea 5. Tr.
est! *El. 4.*

Adde quod (atque utinam verum tibi 4. P. 11.
venerit omen!)

Conjugio felix jam potes esse novo.

3. *Tr.* 12. O quater, & quotiens non est numerare
beatum!

4. *Tr.* 1. Heu nimium fati tempora longa
mei!

2. *Am.* Omnia pro veris credam, sint ficta li-
cebit,

Cur ego non votis blandiar ipse meis?

Ep. 3. I nunc, & quoniam regio felicior ista
est,

2. *P.* 3. Istic me memori pectore semper
habe.

5. *Tr.* 13. Utque solebamus consumere longa lo-
quendo

Tempora, sermoni deficiente die.

Sic ferat & referat tacitas nunc littera
voces,

Et peragant linguæ charta manusque
vices.

4. *Tr.* 5. Sic tibi processus habeat fortuna peren-
nes,

Sic ope non egeas ipse, juvesque tuos.

2. *P.* 8. Sic pater in Pylios, Cumæos mater in
annos

Vivant, & possis filius esse diu.

4. *Tr.* 5. Sic æquet tua nupta virum bonitate pe-
renni,

Incidat & vestro rara querela toro.

Sic juvenis similisque tui sit natus, & il-
lum

Moribus agnoscat quilibet esse tuum!

In Ibis

P. 367:

Annuite optatis mitissima numina no-
stris,

Et

Et sit pars voti nulla caduca mei. 2. P. 8.

Quæ pro te ut voveam miti pietate me- 2. Tr. 4.
reris,

Hæfuraque tibi tempus in omne fide.

Detur inoffenso vitæ tibi tangere me- 1. Tr. 8.
tam,

Quo pede cœpisti, sic bene semper
eas.

Dî tibi dent annos, nam de te cætera fu- 2. P. 1.
m̄es,

Sint modo virtuti tempora longa tuæ.

CONJUNCTIO
SOLIS ET VENERIS

I N

Nuptiis auspiciatissimis

MICHAELIS KIRSTENII

Ph. & Med. Doct. & Prof. P. apud
Hamburgenses celeberrimi,

E T

ADELGUNDÆ ANNÆ
PUTSCHIÆ,

Quæ celebrabantur Hamburgi

A. D. cIo Ioc LXI. Kal. Decembr.

T H A L A M U S.

VENERI. PHOEBÆ.

DOCTÆ. SPECULATRICI. PARNASSIÆ.

MEDICÆ. POETRIÆ. FATIDICÆ.

CUJUS. HOC. COELUM. EST.

SUPERIORI. ANALOGUM. ET. EXACTE.

RESPONDENS. IN. QUO.

CONJUNCTIONEM. FORTUNATISSIMAM.

NULLIS. ADHUC. ASTROLOGORUM.

EPHEMERIDIBUS.

AN-

ANNOTATAM.

PRÆDIXIT. HYMEN.

EJUS. OBSERVATIO.

SINE. VITRIS. TUBIS. AC. TELESCOPIIS.

IMO. SINE. OCULIS. FACTA.

ITA. SESE. HABET.

ANNO. SALUTIS. HUMANÆ. M. DC. LXI.

MENSE. OCTOBRI. ADOLESCENTE.

SOL. ET VENUS.

HAMBURGENSIIUM.

KIRSTENIUS. ET. PUTSCHIA.

FELICISSIMAM. SUPER. LUNARIUM. PLA-

NETARUM. CONJUNCTIONEM. IMITARI.

ET. PLACIDE. RADIOS. SUOS. PERMISCIERE.

COEPERUNT. QUOS. INDIES. ARCTIUS. AC

AMICICIUS. CONSERUERE. UT. ADEO. IPSA.

ILLORUM. CORPORA. PARTILITER. CON-

JUNGI. DEBEANT.

HAC VESPERA QUÆ EST KAL. DECEMBR.

HORAM. ET MINUTA. ASSIGNARE.

NEFAS. EST.

NEQUE. MINUTIÆ. CURANTUR. IN.

VENERE.

NEQUE. ELEVATIO. AUT. ASCENSIO. IN.

HOC. COELO.

TEMPORUM. ORDINI. NUMERORUM. MEN-

SURÆ. AUT. MOTUS. LEGIBUS. CERTIS.

SUBJACET.

IN. MOMENTANEIS. MOMENTORUM. CU-

RATIO. ALCUJUS. MOMENTI. EST.

HÆC.

HÆC. CONJUNCTIO. ETSI. SUBLUNARIS.
IN. HOC. COELESTIBUS. OMNIBUS. SUPE-
RIOR. EST,

QUOD. DIUTURNITATE. OMNES. OMNINO.
VINCIT.

NEC. DURATIONIS. FINEM. AB. ALIO. QUAM.
A. DEO. A. QUO. ET. EXORDIUM. ACCIPIT.
HIC. DIVINA. FATORUM. SECRETA. SUNT.

DE. QUIBUS. QUANTUM. HOMINIBUS.
REVELATUR.

APOTELESMATIS. SUMMA. HÆC. EST.
COELUM. UNDECUNQUE. BENE. AFFECTUM.
ET. PLANETÆ. OMNES. EX. SUIS. DOMICILIIS.

RADIOS. FAUSTOS. LARGIENTES.
IPSIQUE. CONJUNGENDI. PLANETÆ. SUAP-
TE. NATURA. BONI. AC. BENEFICI.

ET. IN. OPTIMIS. COELI. LOCIS. SOL. QUI-
DEM. IN. EXALTATIONE. VENUS. AUTEM,
IN. TERMINIS. CONSTITUTI.

BENEFICOS. MAXIME. ET. SALUTARES.
EFFECTUS. PROMITTUNT.

IMPRIMIS. AUTEM.

JUCUNDA, VENUSTA. LEPIDA, POLITA.
HONORATA. ET. FELICIA. OMNIA.
AMANTIBUS. LITTERATIS.

E T.

LITTERATIS. AMANTIBUS.

EX. QUORUM. AMPLEXU.

PARTUS.

VENUSTOS. LEPIDOS. AMABILES.
DOCTRINA; HONORE. ET. FORTUNIS. AF-
FLUENTES.

NA-

LIBER III. 209

NASCI. FACIET. DEUS.

CUI. IDEM. NUMEROSOS. ILLOS. ET. LONGÆVOS. ET. DIUTURNAM. HANC.

CONJUNCTIONEM.

FAXIT!

CLARISSIMO DN. SPONSO

PATRONO ET PRÆCEPTORI
SUI PLURIMUM COLENDO.

L. M. Q.

SCRIBEBAT LIPSIAE.

V. P. H.

HY-

H Y M E N Æ U S.

Cernite fidereos, cœlestia pectora, motus:
Quam bene se docto sociat Venus aurea
Phœbo,

Quam bene KIRSTENIO sese sua PUTSCHIA
jungit,

Et cupidis faciles Musis miscentur Amores!

Cernite fidereos, cœlestia pectora, motus.
Hic prudens sua fata legit: scribuntur in astris
Æterni secreta Poli, mentitaque numquam
Sidera sunt, quamvis & iners Chaldæus aberret
Sæpius, & falsis eludat pectora dictis
Vanus Arabs, cœlive peritior accola Nili.

Cernite fidereos, cœlestia pectora, motus.
Mens est quæ fallit, densis perfusa tenebris
Mens est, non bene gnara sui, ne sidera celsa
Nesciri mirere: O cæcæ pectora noctis
Plena nimis! Nempe est noster temerarius
error,

Ergo etiam polus, & variis radiantia formis
Sidera vasta Poli iusta sine lege feruntur?
Has Heraclitus rediens male serius umbras
Defleat, & vanis singultibus æera rumpat:
Nunc cum Democrito pulmonem attollere risu
Sufficiat nobis. Sic docta volumina cœli,
Quæ cunctis volvenda patent, paucisque le-
guntur,

Sic jubet Uranie, & semper mihi cultus Apollo
KIRSTENIUM nunc ore ferens sic imperat,
& sic

Postulat alma Venus, quæ nunc vult PUTSCHIA
dici.

Cernite Sidereos, cœlectia pectora, motus.
Scilicet in vobis, cœlestia pectora, cœli
Nunc sese decreta probant. Concordat Olym-
pus

Mentibus æthereis, & pars è parte resecta
Antiquos retinens motus. Hinc tempore eodem
Phœbèos Veneris radios & PUTSCHIA, & ipse
KIRSTENIUS sensere Simul, simul ignibus
isdem

Arsere, atque avidis flammæ hausere medullis:
Quas æternus amor, quas tempora longa fo-
vebunt,

Quas numquam adverso restinguent sidera
cursu.

Cernite sidereos, cœlestia pectora, motus.
Astrorum hæc vis est, quibus hæc subjecta ro-
tantur,

Et rerum externæ facies, atque ima moventur.
His tellus stetit atque cadet. Quod cernimus, &
quod

Vivimus, astrorum est, quæ Mens suprema gu-
bernat,

Et cogit variis distinguere fata figuris.

Cernite sidereos, cœlestia pectora, motus.
Felices nimium quibus hæc arcana patefcunt,
Felicesque magis, queis sidera fausta benigno
Aspectu, & radiis felicibus aëra complent.

Felices vero imprimis quos lumine miti
Astrorum Princeps, & Mens Venus aurea
mundi

Aspi-

Aspiciunt, radiisque bonis in prospera ducunt.

Cernite fidereos, cœlestia pectora, motus.

O ter felices sponsi, gratissima cœlo

Pectora, quam vobis hæc se mysteria pandunt,

Quam vobis bona fata favent, & mitis Olym-
pus!

Cernite, prudentes animæ, concordia cœlo

Quanta sit, atque animis cœlestibus: ut sua
mentes

Fata bonæ veris reddant expressa figuris.

Non secus ac specula (ut liceat componere
parvis

Magna,) repercussas reddunt crySTALLINA formas.

Cernite fidereos, cœlestia pectora, motus.

Hamburgi cœlum est, heic isti PUTSCHIA cœlo

Conveniens, doctusque (absit modo livor,)

Apollo

KIRSTENIUS, radiis dudum sociantur amicis.

Et nunc conjuncti centro proprio calefcent,

Fœcundosque dabunt lætis affectibus annos.

Cernite fidereos, cœlestia pectora, motus.

Phœbe decus mundi, cui se Venus optima re-
rum

Dat comitem, quid nunc celsis inferre Cytheris

Parnassum dubitas, Erycino aut vertice Pindum

Ponere: Quin posthac Helicon videbimus Idæ

Collibus adnexum. Melius sociata vigeant

Imperia, & melius communi fonte cadentes

Tramite communi socio labentur in alveo

Amnis Acidalii fontisque Aganippidos undæ,

Oraque gustantum duplici dulcedine mixto

Nectare jucundum rorantes, pectora Phœbi

Im-

Imperiis Venerisque simul parere docebunt.
 Omnia convenient, & quadrent infima summis,
 Junctaque conjunctas feriant bona sidera terras.

Cernite fidereos, cœlestia pectora, motus.
 Fata favent voto. Pictis ne credite mappis,
 Queis cordi Venus est, queis Phœbus pectora
 pulsat.

In Delo Cypros est, Amathus Pataræaque regna
 Jam prorsus coiëre, Claros, Delphiq; Paphosque
 Cum Tenedo, Cirrhaque, Cnidos junguntur
 in unum;

In Phœbo Venus est. Aris communibus uti
 Nunc cupiunt, tingitque rosas hyacinthus
 amicas

Lætior, & myrto gaudet contermina laurus,
 Et cygnis focix discunt volitare Columbæ.

Cernite fidereos, cœlestia pectora, motus.
 Quantum Acidaliâ Phœbus fert pectore di-
 vam,

Ut vaga mens illâ flammâ agitante calefcit
 Intus, ut ipse novus manifestò proditur hospes,
 Inspiratque alios studio fervente labores!

Ergo Deus dextrâ faculas & spicula versat,
 jamque sinum picto gaudet subnectere cesto,
 Et permutato lususque jocosque gubernat
 Imperio, volucresque inter versatur Amores.
 At Venus ecce suo quantum furit aurea docto
 Plena Deo, quantum flammis quibus usserat,
 ardet!

Et se vix capiens, geminumque in pectore ver-
 fans

Numen inassuetis animum confundere curis

Audet, Apollinæ tractans mysteria dextræ!
Pharmaca jam miscet, jam versus voce canora
Format, & Aoniis certat testudine Divis.

Cernite sidereos, cœlestia pectora, motus.
Quam bene cœlestes referunt terrena figuras,
Utque polo conforme rotant! En noster Apollo
KIRSTENIUS, tota Veneris nova gaudia mente
Concipit, & plectro feriante, calefcit amoris
Lusibus, & Veneri dat tempora pacta Minervæ,
Et minus austeras vigilando ducere noctes
Discit, & ad feros lucubrare Cupidinis ignes,
Et matutinos Veneri renovare labores.

Non secus ac doctum capiunt præcordia Phœ-
bum

PUTSCHIA, KIRSTENIUSQUE aliis quæ lumina
præfert

KIRSTENIO fert ipsa suo. Nunc PUTSCHIA
Sol est,

KIRSTENIO vitam radiis atque intima cordis
Arcano fervore fovens, morbisque medetur
Omnibus, (hæc panacæa valet,) lepidisque
fufurris

Concentuque animorum uno modulamina
plectris

Non ullis imitanda facit, sacrique liquores
Addit Acidalios irritamenta furoris.

Quin etiam pangens Oracula Phœbados instar
Fausa secuturi prædicit gaudia lusus,

KIRSTENIO, & decimi pandit præfagia mensis.

Cernite sidereos, cœlestia pectora, motus,
O semper veneranda Venus, Venus aurea, salve,
Et radios huc funde bonos, virgisque salignis

Si

Si quondam Enarjes docuere oracula gentem.

Androgynam varie dissectis dicere ramis,

Nunc etiam arcanos fatorum pande recessus

Quæ Phæbo conjuncta tuo ventura volutas.

Cernite fidereos, cœlestia pectora, motus.

Alma Venus numquam nitido magis ore fu-
perbit,

Quam Phœbi complexa rotas. Nec lumina
Phœbus

Umquam tanta quatit, quam cum se mater
Amorum

Vectâ polo niveis comitem fert Cypria cygnis.

Scilicet hanc cœli faciem atque hoc sidera nexu

Juncta sibi primas rerum formasse figuras

Crediderim, & magni vidisse exordia mundi.

Hæc igitur quoties Domino repetentur O-
lympto

Fœdera, reddentur toties felicia terris

Tempora, & effœto facies renovabitur orbi.

Tunc & Gymnasium docto ponetur Amori,

Et Veneri: erudiant ubi & erudiantur amantes,

Quicquid Phœbus amat, quicquid Venus op-
tima poscat,

Quicquid Acidaliis Pindique hauritur in undis.

Tunc Veneris densæ decorabunt templa co-
rollæ,

Et nova ponentur, lucebit & ignibus ara

Usque novis, stacteque & thure adoperta
Sabœo!

Pendebuntque tholis tituli, zonæque solutæ

Postibus hærebunt pulchris ex arte puellis.

Tunc fortunato felicia sidera partu

Ad-

Adspicient pulchræ soboles , Veneremque
puellæ

Oreferent , puerique recondent pectore Phœ-
bum.

Hi sunt qui seclis portant rediviva futuris
Nomina, cum titulis & adaucta laude paren-
tum ,

Præclarum in seros ducentes stemma nepotes.

Cernite fidereos , cœlestia pectora, motus.

Hæc vos , ô fausto felicia pectora nexu
Fata manent S P O N S I . Vobis hæc spondet
Olympus ,

Et Pater æthereus , qui temperat astra perenni
Imperio , nutu mortalia fata gubernat ,

Talia lanificas adamante notare Sorores

Iussit , & æternis describere fata figuris.

Hæc rata sint , currantque diu prosperrima
vobis

Fata precor , serosque nihil mutantur in annos,

Nec radios umquam vobis sentire malignos

Eveniat , semper stent fortunata sereno

Astra polo : semper detur , carissima , vobis

Lumine lætanti & vultu ridente benignos

Cernere fidereos , cœlestia pectora, motus.

Lau-

Lauream Philosophicam
 SAMUELI DÖGIO
 EIDERA HOLSATO,

Collatam Lipsiæ, d. 26. Jan. 1662.

Gratulatur

*Amicorum & conterraneorum Hol-
 satorum nomine.*

ERgo novis iterum lætantem Heliconæ cieri
 Motibus, & docto descendere Numina
 Pindo

Cernimus, ac textas manibus portare corollas.
 Hem quantum se compfit Honos, & mascula
 Virtus,

Et Charitum sincera cohors, quæ gaudia, quales
 Ore ferunt risus! Quam tota mente triumphat
 Thymbræus, comitesque Deæ, quæ carmina
 plectris

Concordare docent! Jamque os Jove nata fe-
 renat

Horridulum, & placidas hastæ prætexit olivas,
 Et propero Tua festa gradu PHILUREA, fre-
 quantat:

Ornatura sacram præsentî numine lucem,
 Cultoresque suos, & in his, Clarissimæ DÖGI,
 Te quoque. Cui quam rara ferens sibi gaudia,
 quæque

Pectore fatidico depromens omina Pallas

K

Docta

Docta perennanti decorarit tempora fertō,
Nunc referam: nostri monumentum, ac pig-
nus amoris.

Enthea laurus erat, Pindo decerpta virenti
Phœbeis manibus, Charitum quam mille beatis
Oscula textentum signarant fixa labellis:
Addiderant palmas Virtus, permixtaque florum
Agmina Pierides, nec non Tritonia Pallas
Crescentes æternum oleas. Honor ipse per imas
Innocuam retinens urticam sparferat oras.
Hanc cupidis manibus, supremi nata Tonantis
Imponit tibi DōGI, & talibus ora resolvit.

Salve, noster amor, DōGI, charissime, salve,
O Phœbo dilecte nimis, dilecte Camœnis!
Quam mihi, quam reliquis nunc seria gaudia
crescunt

Numinibus, tua quod dignissima tempora
Lauro

Condecorare datur. Plures imponere vellem,
Si liceat, quoties memori modo mente revolve
Indefessum animum, atque exercita pectora
curis

Aoniis, largeque haustas Aganippidos undas.

Felices animæ, dignissima pectora Cœlo,
Queis adeo pars increvit diviniore auræ
Queis falsum Cnidia vero discernere norma,
Errorumque ima crassos ab origine fontes
Exhaurire datum est, & rectæ mentis abyssum
Artibus, & rerum veris implere figuris.
Imprimis dignæ transcendere laudibus astra
Divinæ mentes, queis summa arcana patefunt,
Quid moveat cœlorum arces, quid conscia fati

Si-

Sidera, quas leges Superi dent orbibus imis,
Et quam non cæco versent mortalia casu.

Quam paucis hæc nosse datur, quam frustra fatigant

Sæpius hæc magnas animas, quæ sita profundis
Et nullis abstrusa reperta per avia curis!

O infelicem qui tantis arduus ausis

Excidit! O quam præstiterat terrena secunda

Laude petivisse, & magnæ retinacula menti

Injecisse illas queis corpus pascitur auras!

Nec modicæ nam laudis erat pernoscere
causas

Et fines rerum, ac formas penetrare latentes.

Dicere num tellus, vel qua ratione rotetur,

Quid generet Zephyros, aut mixta tonitrua
cauris,

Irida quid pingat densos cum fuscitat imbres,

Compactasque jubet solem subducere nubes.

Nec dignas Hecatombe aliâ formare figuras

Exiquum foret, aut mensuræ discere leges,

Innumerisque modis numeros atque addere
formis.

Sive quid assiduis aut magnis usibus aptum

Nosse, nec obtusum quod possit prodere vulgus,

Quæ lædant, rectæve juvent cum corpore
mentes,

Quid deceat, quid præcipiat natura, vel horrens

Aversetur, & ex qua jus ratione resultat.

Felix qui novit, dignæ quæ pectora curæ

Regia sollicitent, vel doctas qualia vulgo

Secernunt animas! Quantum ex his singula præ-
stant

Quæ te cuncta beant ! DöGI doctissime, perge
 Quo te fata vocant : fortunæ obstacula temne,
 Præbebit tibi victæ manus, dominaberis astris.

Hæc Pallas. Nos interea Clarissime DöGI,
 Quos communis amor junxit, rumpendaque
 nunquam

Vincula, communesque foci, divique tuentur
 Indigetes, meritos una gratamur honores :
 Et quæcunque tuis optabis honoribus addi
 Prospera, conjunctis apponimus omnia votis.

Tumulus & Epicedium

CORONÆ MEGISERÆ

JONÆ SCHRIMPFI,

J.C. Conjugis dum in vivis erat dul-
 cissimæ è quibus excessit Vien-
 næ Austriæ,

A.D. c1o. 1o c. LXII. d. VII. Kal. Jan.

TUMULUS.

D. O. M.

ET MEMORIÆ. PIÆ. DEFUNCTORUM.
 HIC. LOCUS. SACER. EST.
 VIATOR.

CONSISTE. VIDE. LEGE.
 IMITARE.

HOC TUMULO.

CORONA. CONDITUR.

ITA. EST.

MULIER. CORONA. MULIERUM.

QUÆ. PROGENITA.

VIRO. CLARISSIMO. ET. AMPLISSIMO.

HIERONYMO MEGISERO.

IMP. GLORIOSISS. MEM. RUDOLPHI. II.

ET. AUSTRIÆ. ARCHIDUCUM. HI-

STORICO. FIDELISSIMO. AC.

PERITISSIMO.

ITA. PROPRIA. VIRTUTE. NATALIUM.

SPLENDOREM. ADAUXIT. UT. HI-

STORIAM. VITÆ. SUÆ.

MEREATUR.

NUPTA. VIRO. NOBILISSIMO. ET.

CONSULTISSIMO.

JONÆ SCHRIMPFIO.

JCTO. SERENISS. ELECTORIS. SAX. CON-

SIL. ET. EJUSDEM. AC. ALIORUM.

IMPERII. PRINCIPUM.

LEGATO. RESIDENTI. VIXIT. CUM. IPSO.

SINE. QUERIMONIA. ANNOS * RELICTIS-

QUE. EIDEM. DULCISSIMI. AMORIS.

PIGNORIBUS. * *

EXIIT. EX. HAC. VITA. ANNO. EXEUNTE.

SALUTIS. clō. Idc. LXII. VII. KAL. JAN.

VITAM. NOVAM. ANNUM. COELESTEM. ET.
 KALENDAS. SEMPITERNAS. IMPOSTE-
 RUM. VICTURA.
 POSTQUAM. VIXERAT. HIC. DIU. ANNOS.
 NEMPE. LXX. SED. QUOD. PALMARIUM.
 EST. VIXERAT. DIU. BENE.
 SIBI. BONIS. OMNIBUS. AMICISQUE. ET.
 PROPINQUIS. AC. LIBERIS. IMPRI-
 MIS. ET. CONJUGI.
 DENIQUE DEO
 A. QUO. CORONAM. SEMPERVIVAM. EX-
 PECTAT.
 INTERIM. NUNC. MULTORUM. LAUDIBUS.
 CORONATUR. AVE. VIATOR.
 UTQUE. IDEM. MEREARIS. VIDE.
 VITA. MORTUORUM. FAMA. EST.
 OSSIBUS. HIS. ANIMÆQUE. PIAM. DA.
 CHRISTE. QUIETEM.
 TUQUE. PRECATUS. IDEM. CARE.
 VIATOR. AVE.

ERGA. BEATE. DEFUNCTAM.
 SUPR. PIETATIS.
 ET. ERGA. CLARISS. MARITUM.
 DEBITÆ. OBSERVANTIÆ. CAUSSA.
 CUM. DOLORE. POS.

V. P. H.

FUnde pios questus, lugubria carmina funde,
Et lacrumabundos fac, Elegia, modos.

Poscimus in luctus, ferales **SCHRIMPPIA**
luctus

Imperat, heu fati **SCHRIMPPIA** functa suis.
Functa suis placidè fati, & quod pia solum
Possint, & capiant pectora, functa lubens.

Quas ego nunc lacrimas **SCHRIMPPI**, quæ
tristia verba

Effundam? cujus tota flet usque domus.
Sed quorsum hoc etiam? Quorsum flevisse ju-
vabit.

Et lacrumis lacrimas accumulasse pias?
Est aliquid, quod rapta boni præsentia lædit
Infantes oculos immemoresque sui:
Sed menti haud moritur quidquam; memor illa
suorum

Defunctis laudes reddere docta suis,
Æternæ meritis pandit præconia famæ,
Hæc post ipsa etiam funera vita manet.
Sed quorsum, pia Musa, ruis? Quæ surgit imago?

Quæ subeunt animo nunc simulacra meo?
Lux tibi sæva redit, **SCHRIMPPI**, lux sæva
relictis

Pignoribus, soli, **SCHRIMPPIA**, læta tibi.
Lux redit, & tumulus stat, pompa & rursus
eadem

Exequitur tristi flebile funus iter.
Templa iterum Themidos squallent, & nulla
beatis

Castalidum rivis limpida limpha fluit.

Jamque iterum Cirrham tremere, atque Heliconam moveri

Cernimus, & doctas ponere plectra Deas.

Et pietas humeris pallas, & frontibus aurum

Demere, & undantes ungue notare genas.

Atque iterum Phœbo pro Daphne exosa compressus

Nectitur, & tristis tempora taxus habet.

Ipsa Themis verrens lugubri firmate terras

Tristis ad exequias & pia sacra redit.

Ingeminat veteres moerens Astra doloris,

Et queis cum terras linqueret usa fuit.

Hac tua fronte dolent dilecti vulnera SCHRIM-

PHI,

Et merito tali fronte dolendus eras.

Interea Charites injustæ funus adornant,

Jamque tuæ rosæ sunt Libitina fores.

Protinus alma Fides te, chara CORONA, coronat,

Sertaque dat capiti non moritura tuo,

Nubila Spes etiam detergens fronte serena,

Et pietas eadem munera summa ferunt.

Quas juxta Virtus gemit illibata, simulque

Talia verba ferens Conjugalis Amor.

SCHRIMPHIA cara vale, atque externas

læta Kalendas

Nunc celebra, postquam sic tua fata volunt.

Et satis est terrisque datum, charisque propin-

quis,

Quos tibi conjunxit, non violatus amor,

At tu qui superas, & adhuc qui vesceris aura

Hæreat hæc memori mente CORONA tuæ.

Scilicet illius semper te fata monebunt,

Rebus

Rebus ut in vestris cuncta ruant subito.

Et quam non possis certas spondere Kalendas

Instantes quamvis per cita fata tibi.

Quisquis es, ô fragilem tecum perpendito vitam

Quam teris, & dices sit brevis ista mihi!

Labitur annus, abit mensis, luceſque recedunt,

Et ſupereſt, qui nos conterat uſque labor.

Ut morbos taceam, & quorum meminiffe maiorum

Solum perpetuos cogit habere metus.

Ipfum quod nutrit necat, & quo vivere ſucco

Credimur, hic vires interimentis habet.

Atque ubi, quam paucis concedunt fata, ſe-
nectam

Attigeris, ſenium jam tibi morbus erit.

Morbus erit, quem mors ſemper metuenda ſe-
quetur.

Atque hæc eſt vitæ, ô homo, ſumma tuæ!

Non igitur vita eſt multos ex ordine ſoles

Cernere, & immumeros connumerare dies,

Queis tua continuo ſaltarint pectora motu,

Vinaque queis multos perdideriſque cibos.

Vivere condigne eſt operari, atque otia mors
ſunt,

Et recte ex ſola mente putatur homo.

Recte igitur vives, animus ſi rite laboreſt:

Illud ut obtineas, ſit tibi CHRISTUS opus.

Hunc toto meditare animo fac, membraque

CHRISTI

Qua poteris, fidus ſedulitate juva.

Sic juvenis moriens centenos vixeris annos:

Sin fecus, ipsa etiam mors mihi vita tua est.
 Quam bene nostra igitur, quam sancte
 SCHRIMPFIA vixit,

Cujus creverunt cum pietate dies.

Quæ nunc his erepta malis sine fine triumphat,
 Et secum plaudens talia verba facit.

Terra vale, conjuxque vale, vos chara valete
 Pignora, habet testes quos sibi noster amor.

Ast ego nunc abiens ad avos atavosque recedo
 Vos visura iterum, cum bona fata volent.

SCHRIMPFIA sic Nos, quod superest, bo-
 na verba sepulchro

Scribemus, maneant hæc bona verba diu!

QUAM. VIRTUS. CHARITES. ET. QUAM.
 FLEVERE. CAMOENÆ.

QUAM. PIETAS. ET. SPES. ET. BEAT. AL-
 MA. FIDES.

HIC. POSUIT. QUIDQUID. DE TERRA.
 SCHRIMPFIA. SUMPSIT.

DE. COELO. QUOD. HABET. COELICA. TE-
 CTA. TENET.

Talia conjugialis Amor, Clarissime SCHRIMPHI,

Quæ Tibi quo potis est, dat mea Musa pede.

Non tantum sumptura sibi, Tua prodiga
 quondam

Si foret in luctus officiosa suos.

Quæ quoniam tanto nunc torpet muta dolore,
 Nostra, precor veniam, debuit esse loquax.

Siste pios questus, lugubria carmina siste
 Et lacrumabundos siste, Elegia, modos.

THEMIS DEVOTA
GOTHOFREDO MELMIO
DUSSELDORPIO-MONTANO
ILLUSTRE CONSILIARII
MUNUS
AB INCLYTA NATIONE
GERMANA,

Philos. Medic. & Theolog. quæ Patavii
est, oblatum acceptanti.



THEMIS DEVOTA.

Q U I s mihi , quis tanto pulsat præcordia
motu

Impetus, atque novi conturbant ima fu-
rores ?

Rursum , Phœbe , redis : rursum ejurata reverti
Calliope placuit ? mentemque minoribus aptam
Vix satis , excelso tumidum vis ire cothurno ,
Et nimis exiles in grandia pellere vires ?

Sentio quo cogas : quæ cari gloria MELMI ,
Et digno collatus honos præconia poscat :
Sed frustra es , longoque situ torpentia frustra
Corda moves , animumque jacentem in carmi-
na tollis.

Ergo pro tantis meritis indictus abibit
MELMIUS , ingratoque fovere silentia semper
Concessum tibi fasque putas ? Quin protinus
omni

Tu segnem depelle situm , depelle veternum
Pectore , quosque damus quantum potes accipe
motus.

Quo licet ore canas , certe cecinisse juvabit.

Sic Pindo quæcunque favet bona turba Deo-
rum

Augurat, & spondet perspecta modestia MELMI.
Incipe , sponte sua venient in pectora sensus ,
Incipe , sponte sua venient in carmina versus.

Candida lux aderat , lux sacratissima Pindo ,
Et jam festa dies ad culmina summa vocarat
Cœlicolas , queis doctæ artes , queis carmina
curæ.

Pro-

Prodit pompa Deum, procedensque agmine
longo

Fortunata cohors Phœbo Phœbæa frequentat
Templa Duce, & gravidas donis concedit ad
aras.

Quæ nova majestas Templo, quam fulgur ab
omni

Parte micat, splendore novo quam tota coruf-
cant

Atria, quam sese maiori lumine complent.
Non secus ac teneras prima cum nocte per um-
bras

Hesperus aurato componit sidera cœlo,
Et variis totus radiis collucet Olympus.

Jam folio Pæan medius sublimior alto
Sederat, & doctus complerat tecta Senatus.

Jam sua pro solito festæ solemnia luci

Munera reddiderant cuncti: pia carmina, laurus,

Plectra, hederas, & scripta æternis vota tabellis.

Continuo Divos ut circumspexerat omnes

Cirrhæus, placido tranquilla silentia nutu

Imperat, & fatis felicibus ora, resolvit:

Quo tandem hanc digno lucem claudemus ho-
nore

O superi, festis aliis, quæ vota diebus

Undique sufficerent, data sunt: hæc aurea
lux est,

Præ cunctis mihi cara aliis, vulgaria cessent

Officia, accedantve novis: felicior illa

Non surget, Parnasse, tibi: Non illa refulsit,

Quin nova per totum penetrarint gaudia Pin-
dum:

Hæc quoties fausto doctissima pectora partu
 Edidit, aut doctos ad lumina nostra libellos
 Attulit, aut digna nostris concessit alumnis
 Prosperitate frui, meritas in tempora laurus
 Aut hederas donans, Regumve Ducumve fa-
 vores!

Quin hodierna etiam (nec me præfagia fallunt,
 Astraque fatorum certos signantia motus)
 Haud nobis spernenda dabit. Nec plura locuto
 Tradit, Atlantiades compacta volumina cedro
 Ex adytis portata imis. Divinior illi
 Cedro splendor erat, Phœbique à fronte recepto
 Clara repercusso spargebat lumine Tempia.
 Signabant extrema notatæ adamante figuræ
 ANNALES PATAVINI: haud illo gratior alter
 Parnasso codex. Quoties aut fessa canendo
 Pectora mulceri, gravibusve exercita curis
 Solari placet, hic foliis collucet apertis,
 Attentisque animis dignissima facta leguntur.
 Quippe Antenoreis quæcunque geruntur A-
 thenis

Auratis stant scripta notis. Formantur in auro
 Nomina Rectorum, & parili signantur honore
 Quorum has est præstare vices: hinc Natio
 fulget

Quælibet, & doctis quorum communia regna
 Consiliis stant atque vigent: sed maxima lux est
 Germanis, primi primo fulgore coruscant,
 Prima tenent variis insignia picta figuris.

Hæc igitur placido dum lustrat lumine Phæ-
 bus,

Ecce recens fulvo rutilat GOTOFREDUS in auro,
 Et

Et similes MELMI designant nomina fulci.

Cæruleoque nitent insignia picta colore,

Teste pudicitæ, & quam sancta modestia pectus

Devotum decoret, strepitus exosa superbos

Et tumidos fastus. Sic nullas purior æther

Admittit nebulas æquali hinc inde sereno.

Hyblææ juxta volucres visuntur in illo

Quem dedit Altitonans meritis majora colore :

Perfectæ numero, perfectæ emblemata mentis,

Et divina tibi quam se sapientia dulci

Eloquio conjuncta, & sedulitate perenni

Affiduo tractata, indulserit usque docentes.

Quin licet hic etiam nigricantes cernere

normas,

Signa æqui justique, tuis distinguere curis

Quod fatages, MELMI. Sic quæ stant casside

regni

Signa jubent. Regnantis honos amor unicus

æqui est.

Quæ vero geminas pennæ crispantur in alas,

Illis Fama volans super æthera, transque rigentes

Vecta Alpes, celebres veniens prope Teutonis

arces

DUSSELDORPIACIS pandet nova gaudia tectis,

Et tibi, Rhene pater, quæ tu bene fidus amicis

Fluminibus, quique ingentem circumsonat or-

bem

Oceano reddes. Sic clari nomina MELMI

Noc fecus ac undæ cunctas labentur ad oras,

Ad geminosque Polos, geminosque ferentur

ad Indos.

Ut fatiati oculi, novitasque exempta videndi,

Lau-

Laudantur voto communi signa, sacrisque
 Pindi digna tholis plausu celebrantur oborto.
 It clamor, faustisque fonis pia templa moventur
 Gratantum, & MELMI felicia fata cientum.

Interea doctos concors discordia Divos
 Exagitat cunctos, dum quisque ad sidera,
 MELMI,
 Te tollens, sibi Teque, tuosque adscribit ho-
 nores.

Hic est noster amor, castissima turba Camoenæ
 Unanimes clamant, illi de matre cadenti
 Excepto nostris implevimus ora fluentis.
 Consciis hoc Pindus, sanctæ hoc Parnassidos
 undæ

Norunt, & templa hæc, & quas hic cernimus
 aræ.

Non aliter Charites dictis communibus instant:
 Nobis ista dies, nobis hæc gloria MELMI,
 Communisque favor totus concedat oportet.
 Nos cum matris onus nondum Lucina beatum
 Solveret, arcanos in pectora dia tepores
 Misimus: hinc animi vigor hic, pacataque
 virtus,

Hinc facies hilaris prisco permixta severo,
 Et cunctis laudanda decoræ frontis imago,
 Et quæ plura placent cautis, faciuntque probari
 Omnibus ex æquo, impulsusque favoribus ad-
 dunt.

Hæc Charites: contra baculo qui sustinet an-
 gues

Tendit uterque Deus. Medicas ille evehit artes,
 Herbarum celebrans vires, & multa profundo

Quæ

Quæ condit Natura sinu : quæ corpora fanent.
Diversosque queant animorum inducere mo-
tus.

Hic citat eloquium , & quæ sit præstantia verbis,
Et quantum valeant facundæ in pectora linguæ.
Et tamen huic sese committere nata Diones
Audet, & hanc ipsi tentat prævertere palmam.
Verum præ reliquis se tollens flava Virago
Nostrum hoc est inquit, sacra quod prudentia
pectus

Complevit tibi MELMI, hoc regna capeffere
docta

Te fecit, fecitque tuo placuisse Theatro.
Nostrum hoc munus habes, nostra hæc palma-
ria laus fit.

Tandem mota Themis : Studio certatis inani
O superi, nobis hæc sese gaudia debent.
Nobis, sideros motus si cernitis, olim
MELMIUS ortus erat, primi cunabula parvo
Nos dedimus, tenerisque appressimus ubera
labris.

Et ni fatum aliud voluisset, & Anguiger illum
Invitæ rapuisset, haberem nunc quoque ma-
gnum

Qui regat imperium : nunc hæc compendia
præstant.

Sic ait, atque viri famam, atque extollere mores,
Natalemque diem, & transactæ tempora vitæ,
Incipit. At Phœbus : Non illi talia luci
Conveniunt, nec Diva tibi : Nos illa canemus
Longius, & læto narrabimus omnia Pindo,
Expectata dies ubi surget, textaque nostris

Laurus inumbrabit cum MELMIA tempora
dextris.

Quo sego tunc cantus, & gaudia quanta movebo,

Quanto iterum juncti feriemus sidera plausu !

At nunc sollicitis onerabimus æthera votis,

Quæ, Themis, tu solves : etenim tu sola gubernas

Imperia, & justo servas moderamine mundum,

Nec pereat nimio inter se diversus iniquo.

Ut litem Superum sententia justa diremit,

Ecce Themis plenis veneratur lancibus aras,

Aras quas viridis præcinxerat undique Daphne,

Et palmæque, oleæque, & flores mille colorum.

Hinc ubi templa videt grato fragrantia fumo,

Et flammæ lucere pias, hæc læta profatur.

Audiat hæc æther dicta, & quod ab æthere

Numen

Respicit huc, pulsentque polum non irrita vota,

Audiat Altitonans, MELMIQ; secundet honores,

nones,

Et faveat Parnassus, & hic quotcunque sedetis

Alma manus Parnassi, animis linguisque favete.

Et tu quæ toto fulges celeberrima mundo

URBS VENETUM, Hadriacus cui se submittere Nereus

mittere Nereus

Gessit, & edomitis placidum interlabitur undis,

Urbs antiqua, viris, & libertate vetusta,

Et prisca virtute nitens. Quod sufficit Orbi,

Indulsi Natura tibi : Fortunaque totam

Hæc se consumsit : Quod pulcrum, quodque

decorum est,

Hæc omne est : Apprime tamen favor unus

abundat,

Quo

Quo tibi noster honos, & Pindi jura foveantur.
Hac tu perge, precor, propria virtute triumphans

Æternum, crescat porro Germana studentum
Te nutrice cohors, patriaque à sede recedens
Æmula turba frequens Patavinas visat Athenas,
Læta ubi tranquillæ producens gaudia vitæ
Candida Castaliis irroret pectora succis.

Sic seu pace viges, seu tu victricibus armis
Imperium pelago, & Lunis crudelibus infers,
Verticibus nostris prudentia vestra canetur,
Celsaque laudati pulsabunt astra triumpho.

At tu, ô Juvenum Germanica turba medentum,

Fortunata vige, felicibus utere fatis,
Auspicio MELMI longa sub pace quiescens.
Quanquam iterum diro tibi patria cara Gradivo
Ingemat, atque tuis rursus, Bellona, flagellis
Sanguinolenta, iteret veteres lacrymosa querelas.

Hæc quoque concedent fatis mutata benignis,
Reddeturque quies. At vos concordia vinculis
Conjunctis sincera liget, nec Corpore in uno
Diversi, gemino quamvis sint vertice, sensus.

Hæc, MELMI Te Cura manet, clarissime
MELMI,

MELMI, noster honos, sancti spes aurea Pindi,
Deliciæque poli, quam nos secreta bearunt
Gaudia collatos tibi dum gratamur honores,
Quam tamen hæc etiam numero duplicata redibunt,

Cum Phœbo laudata dies in tempora Daphnen
Fle-

Flectet, & albentes intexet-Pallas olivas.

Tunc nova materies laudum haud vulgata patebit,

Complebuntque novi Parnassia culmina plausus.

Interea, ô iterum MELMI laudande, valebis.

Vives, multa geres insigniter, ordine longo

Quæ merito vestri ducant in secula fasti,

Atque imitanda tuis quæ successoribus insent.

S E N T E N T I A
A P O L L I N I S D I C Æ I,

Judicis compromissarii in causa

T H E M I D I S E T Æ S C U L A P I I

Publicata

In honorem auspiciatissimam.

LAUREÆ PHILOSOPHICO-
M E D I C Æ

G O D O F R E D O M E L M I O
D U S S E L D O R P I O - M O N T A N O

In Archi-Gymnasio Patavino
collatæ.

F Ervebat Parnassus, & alta biverticis acres
Versabant collis strepitus, agitataque
Divum

Numi-

Numina discordi turbabant cuncta susurro.

Insequitur varius clamor, nemora alma mo-
ventur

Aönidum, gliscit vehemens discordia, gliscit:
Sanctaque diversi quatiunt laureta boatus.

Cum Divum interpres gressu festinus anhelos
Sistitur, & celsum solito de more tribunal

Admonet omissio Phœbum conscendere cantu:
Sic primos Pindi perhibens sic poscere Divos.

Nec mora: confurgunt alacres, studiumque
relinquunt,

Plectraque projiciunt Divæ, & comitantur
euntes

Commotum novitate ducem: folio ille repostus
Sublimis sedet antiquo, venerabilis omni

Unde micat Pindo longe lucentis imago,

Dictaque communes pulsat sententia sensus.

Occupat huic dextram cœli prudentia, Pallas,
Atque sinistra tenet niveo velamine Candor.

Accedunt partes, quales non curia Pindi

Hactenus, aut ipse meminit se iudice Phœbus
decertasse umquam. Sese Themis aurea sistit,

Tristitiam formans vultu, immanemque do-
lorem,

Inque sinus Phœbi lances deponit & enses.

Inde Coronides paribus vestigia curis

Figit, & adiungit ramum quo sustinet angues,

Et medicas denso descriptas codice leges.

Usque adeo ambobus Phœbi submittere cer-
tum est

Judicio studiumque suum, totumque decorem.

Exhorrent Superi, atque novus stupor oc-
cupat omnes, Vix-

Vixque sibi credunt hæc tam nova vera videri.
Dumque emirantur, dum vocem corde pre-
mentes

Multa putant taciti secum, & committere Divos
Quænam debuerint incerto murmure lites
Rimantur, fixique huc illuc frontibus hærent:
Prima Themis sic orsa loqui est. Sanctissime
Divum,

Doctrinæ qui regna tenes, placidoque gubernas
Virtutum genus imperio: quem cuncta scien-
tum

Agnoscit pia turba patrem: me quæso benignus
Adspiciens, sortemque nimis miseratus ini-
quam,

Exaudire meas ne dedignare querelas.

Illa ego, quæ quondam magni matrona To-
nantis

Imperio metuenda meo supera alta regebam,
Postquam humiles sumens curas mortalia
prenso

Sceptra manu, & natæ coelestia jura relinquo,
Terrenis contenta malis, vix ista quieti

Ut cupio concessa meæ nunc tuta guberno:

Et nisi jam prohibes, etiam illa relinquere nato

Regna tuo cogar: jamque is moderabitur orbem,

Atque ego pulsâ locis tandem præponar Aver-
nis.

Nempe vides, quos turba ipsum numerosa se-
quentum

Concipiant animos, quis spiritus intima verset,

Quanta sibi nostris vix concedenda requirant.

Jam sibi Principibus similes, summosque vi-
dentur

Ex-

Exæquare Duces, (a) Regumque adscendere
culmen.

Quasego communes aras, communia templa
Enumerabo tibi, (penitus namque omnia nosti,)
Quæ vel solus habet, vel certe haud partibus
æquis

Dividit. Ipse etiam solus Patavina tenebit
Templa brevi, & numero hic cultorum præstat,
& aris

Jamdudum. At vero quod summum, quodque
dolendum est,

Infandumque, sacroque indignum nomine
Pindi,

Ipse loci primi, & primæ sibi laudis honorem,
Affectat, totaque sua adstipulante caterva

Insurgens Medicæ, res ô nova! postulat arti
Submittat tremulos Jurisprudencia fascis.

O superi, quos tecta tenent radiantis Olympi,
Hoc prohibete nefas, & triste avertite fatum.

Nosque omnes, quos alma tenent hæc culmi-
na, Divi,

Communi voto decus hic defendite nostrum.

Im-

(a) *Vid. Andr. Barbatiam. de præstant. Cardi-
nal. §. 40. ubi adducto textu l. un. C. de Comit.
quem dicit singularem, Medicum Principis habe-
re dignitatem asserit, qualem habent Duces. Bar-
tolus vero ad h. l. docet quod Medicus Papæ, vel
Principis æquiparetur Ducibus, & Vicariis
Principis, & obtineat locum Comitum primi ordi-
nis. Inspice si lubet Chassan.e. Catal. glor. Mun-
di part. 10. Consid. 25. ubi citat Barbatiam in
c. cleric. de Judic.*

Imprimis tu Phœbe, beati gloria Pindi,
Hoc equidem, si justa precor, si nulla venenis
Hocce tuum, ut perhibent, potuit fœdare tri-
bunal

Dira Erebi pestis: si me moderante superna,
Ipse novercales, res cœlo rara! favores
Te memores sensitse, unum hoc pro munere
dona,

Ut liceat sermone meo nunc longius ire,
Atque imis effari animis, & promere sensa
Pectoribus: liceat mihi toti exponere Pindo
Jura mea, & nostris quæ sit præstantia curis,
Et quam Phœbigenam superet Themis: hoc mi-
hi fas sit,

Et tua sancta mihi fuerit sententia semper,
Et lis hæc hodie quocunque in fine quiescet.

Principio haud repetam multis, nec longa
retexam,

Quod fuerim Regina poli, quod filia nutu
Rexerit inferiora meo, cum secula curfu
Felici puro lucerent aurea mundo.

Tunc nondum tu natus eras, Epidaurie, non-
dum

Ille tuæ fuit artis honos: mea Delphica tellus
Nunc data Phœbe (b) tibi, & Larnassus (c) tem-
pla colebat. Nem-

(b) Themidos olim fuit templum Delphicum, Phæbo postea
concessum. v. Cœl. Rodigin. antiqu. lect. lib. 16. cap. 19.

(c) Antiquitus ita dictus, vel à Larnasso quodam, uti pro-
bat Natal. Com. *Ἐὶ δὲ τὸ θεῖον ἀπὸ πρῶτου*. Celebre hic tem-
plum Themidos, unde responsum accepit Deucalion, Ovid.
1. Metam. Pausan. in rebus Atticis, à Parnaso Cleodo-
ra Nympha filio postea dictus Cœl. Rod. l. c. & lib. 8.
cap. 16. &c.

Nempe suis contenta bonis gens iusta degebat
 Innocuam vitam, nec cædem aut vulnera norat,
 Tentabatve avido naturam vincere luxu.

Hinc neque Pœoniis macerabant viscera succis,
 Sed secura quies largas in pectora vires
 Fundebat, mentisque vigor transibat in artus,
 Junctaque longævus virtus durabat in annos.

Nec mors tunc metuenda fuit, mollis sopor illos
 Pressit, & Elysiis redivivos intulit agris.

En tibi quas habeant Themidos moderamina
 vires!

Postquam hæc mutarunt, & deteriore metallo
 Stamina duxerunt Parcæ: scelerataque diras
 Gens meruit pœnas, flammis delenda vel undis,

Et nova projectis surrexit saxea petris,
 Duritiemque suo retinens à semine proles

Noluit Astreæ dictis mollescere natæ,
 Meque Polo exire ipsa adventante coëgit:

Omnia sunt sancti perfracta repagula juris,
 In scelus omne itum est: miscere venena no-
 vercæ,

Atque inferre feræ crudelia vulnera dextræ
 Tum demum, & varias mortem didicere per
 artes.

Ergo pallentes morbi, & nimis ægra Senectus,
 Et vigiles Curæ & Pestes, Lethumque, laborque,
 Ex adytis Erebi funesto examine terras

Emissæ implere: Tuis hinc est data curis
 Materies tandem, hinc tibi templa aræque sa-
 crantur.

Ergo vides, quantum nostræ tua præstet origo,
 Et quam jure tuo, vix ferius addite cælo,

L Nunc

Nunc mea sollicitæ æternæ Numina Divæ.

Sed forsan reputes alienum, exordia, & annos,
Præteritique diu celebrare encomia fati,
Muniaque ambobus data nunc præsentia malis
Contendi, atque quibus regimus mortalia, curas.

Sic etiam vincere, licet vernantibus herbis,
Aut siccis tenues possis deducere succos
Vulcano varias illas recoquente per artes,
Et docta miscere manu, atque his addere multa,
Aut undis quæsitæ, imis aut eruta terris,
Eque cadaveribus putentum rapta ferarum:
Quorum ope diversos ducens in viscera motus,
Et plenam congesta ingluviem vacuare saburra
Et longo partas luxu depellere febres
Corporibus possis, vel vulnera sæva mederi.
At mea majores exercent pectora curæ,
Rudera sustineo, tueorque labantia mundi,
Sæpius effætas vires, & femina priscae
Virtutis renovans: conjungo sædere gentes
Nunc has, nunc illas. Per me pax redditur orbi,
Clausis bellorum portis, redduntur amores
Mentibus antiqui, & veluti communis origo
Materiesque eadem, atque ejusdem particula
auræ

In vitam concessa facit discrimine nullo
Cognatos sibi nasci homines, (d) sibi reddere jura
Per me sic fratrum, & cognatum more docentur.

His

(d) *Ita Florentinus l. ut vim. 3. ff. de Just. & Jure. Et cum inter nos cognationem quandam natura constituerit, consequens est, hominem homini insidiari nefas esse.*

His adeo vinculis non dissoluenda ligantur
 Imperia : his animi Regum neſtuntur, & ima
 Abiecti de plebe viri : ſociantur & urbes
 Talibus, atque domo multi junguntur eadem.
 Atque utinam hæc numquam triftis mihi rum-
 pat Erinnyſ,

Firmaque crudeles abſolvant fædera pugnas,
 Nec nova perpetuo verſet diſcordia mentes!
 Nulla Machaoniæ vexarent corpora curæ,
 Et nullum acciperet medicata ligamina vulnus:
 Almaque pax lætos regeret, contentaq; ut olim
 Simplicitas aleret ſanas cum corpore mentes.
 At nunc queis licet auxiliis, queis artibus, ægro
 Ad minimum extremam mundo defendo rui-
 nam,

Et ne corripiant animas contagia puras
 Imprimis ſtudioſa veto : infectasque ſaluti
 Reddo ſuæ, terras cogens excedere peſtes.
 Nempe tuis tantum noſtra hæc medicamina
 præſtant,

Quantum corporibus mentes, cœleſtia terris.
 Nec noſtra hæc præcepta latent, aut morte
 probantur

Multorum, aut ſectis ex arte leguntur in extis.
 Hic prima cum luce orientibus inditus ordo,
 Invitos etiã comitatur : ſpretaque mille
 Mille modis trepidas innata ſcientia mentes
 Natura cruciat recitante, & conſcia veri
 Pectora ſecretum pulſat. Non illa negare
 Attinet, aut dubiis niti confundere rixis:
 Cunctis juſta patent, & nullo interprete quam vis
 Dictante, a propria victi ratione docemur

Quæ tu detrectes, alios incommoda nolle,
 Et quæ tu cupias, alios quoque commoda velle.
 Hæc æterna manent certi discrimina justî,
 Hæc leges nullo cupiunt adamante notari,
 Aut sculptæ cedris, Pario vel marmore, in an-
 nos

Servari seros: signatæ in cordibus imis
 Sæpe renascentes propria virtute perennant.
 His fundamentis prisca mandata Solonis,
 Et Thracis pariter nituntur jussu Licurgi,
 Et quæcunge aliæ per vasta volumina leges
 Stant sparsæ, huc recidunt. Nempe hæc præ-
 cepta per omnès

Divisæ rerum varias imitamine formas
 Effingunt species: alio ceu corpore, quamvis
 Nil mutata alias dat linea ducta figuras.

Hæc ego prudentum per candida pectora,
 perque

Regum corda Ducumque ferens elementa re-
 condo

Mixturis variata suis: hinc cuncta reguntur,
 Proque meo subjecta tenent dictamine sensus,
 Atque uno totus moderamine nititur orbis.

Sed quid regnatas ego longa recenseo terras,
 Coelorum momenta tacens? Mihi paret Olym-
 pus,

Et mihi per natam cœlestia jura tenentur:
 Et per me solam Rex cœli Juppiter ipse
 Juppiter est, per me stellantem justus Olympum
 Imperio regit, & fatalia sidera torquet,
 Exauditque preces, æquasque in crimina pœ-
 nas,

At-

Atque in virtutes justissima præmia ponit.
 Nec sibi tam templis, aut fulminis igne trifulco,
 Quam justis sibi laude placet. Nempe inde bonorum

Summa venit, totoque timenda potentia cælo.

Jam tu, Nate Deo, fatagas exponere multis,
 Atque probare tuis, Cælum, Titaniaque astra
 Quæ vis convolvat, qui sive intima nutriat ardor,
 Quid cogat nubes, & densos concitet imbres:
 Quid generet stellas crinita luce minantes.
 Denique componant quæ res elementa creatas
 Et fugiant crassos exilia corpora sensus, (e)
 Nec nisi jam variè possint composita videri,
 Aut tangi: ratione tamen solvantur, & omnes
 In motus, numerosque suos, primasque figuras
 Ducantur, varioque situ remorata quiescant.
 Hæc tu mille tuis doceas rimanda per artes,
 Hactenus haud audita etiam miracula narrans.
 Adjiciasque licet, subitis quæ corpora morbis
 Præservent, lethoque, & lethi limine ab ipso
 Quæ revocent mentes, & prisca sede reponant,
 Ut tecum possint sibi fulmina justa mereri.
 Ast ego divinum decus, æqui & juris amorem
 Expressere humanas, qua fas sit imagine, mentes
 Erudiam. Illa magis sapientia sancta juvabit
 Felices animas. Illam qui pectore gestat,
 Errabunda satis securus negliget astra,
 Fatorumque vices, & quod fortuna bonorum
 Vel natura dabit, rectos adhibebit ad usus,

L 3

Ipsè

(e) *Particula Cartesianæ, ad quarum virtutem nec Epicuræ, nec Democriteæ, nec Anaxagoreæ antiquæ accesserunt.*

ipse sibi atque aliis iusti lagitor & æqui,
 Vel nihilo contentus, egestatemque, famemque
 Et morbos, mortemque immoto pectore tem-
 nens,

Inque malis gaudens, atque ipsa in morte trium-
 phans,

Parte sui meliore, & qua datur esse, superstes
 Æterna moriens superabit fidera fama:

Et summo residere polo dignabitur, inter

Quos olim in terris referebat imagine Divos.

Ecce Tibi summam nostræ virtutis, & artis.

Hanc tueare precor: vel si quid pandere majus

Te natus poterit, non ultra exire recuso

Tellure, & mecum cœlesti fede relicta

Filia nigranti loca nocte silentia viset.

Nullaque jam posthac concordia, nulla ligabunt

Jura feras gentes, mecum discedet Honestas,

Auffugietque Pudor; miscebunt infima summis

Effrænæ mentes, & debacchata per orbem

Alecto, & Stygiæ confundent cuncta forores.

Ergo Lycaoniæ mensæ, cœnæque Thyestis,

Tantaleæque dapes, & fercula dira redibunt:

Cogeturque iterum trepidos Sol condere vul-
 tus.

Et Tityus non unuserit. Salmonea rursus

Cernetis jactare protervis fulmina dextris.

Incumbetque iterum commotæ Pelion Ossæ,

Et veteres infanda iterabit Phlegra tumultus.

Nemo colet precibus superos, vel messe Sabæa

Victima nulla cadens squallenteis imbuet aras.

Juppiter ipse preces ultra exaudire recusans

Continuo ambustas absumet fulmine terras.

Inque chaos primum tota compage soluta
 Definet immensi collabens machina mundi.
 Scilicet his Epidauro ortus medicamina morbis
 Exitiisque modum ponet, collyria mundo
 Atque emplastra ferens, poterit defendere fa-
 tum,

Et solus vacuum posthac regnare per orbem.

Hæc Themis, & facto dicendi sine quievit,
 Cumque dolore gravi vocem indignata re-
 pressit.

Quam contra ingemuit, torvoque Epidaurius
 ore

Reddidit hæc: Quoniam, Themis, nunc cona-
 mine tanto

Disceptare lubet, sævasque ciere querelas,

Et mihi liberior data sit, peto, copia fandi,

Phœbe pater: multis pauca & graviora repo-
 nam;

Postquam tota meas Parnassi curia laudes

Concinit, & dudum solitos felicia fines

Egressa invidiam Themidos mea fata merentur.

Scilicet à prima dum constat origine mun-
 dus,

Factaque dum superas tangunt mortalia men-
 tes,

Cultores habuisse licet, semperque licebit,

Quos ultro sua fata vocant. Præstantia Divos

Quippe hæc sola beat, sanctoque adscribit
 Olympo,

Et laudes facit, atque aras, & templa mereri.

Et quo nostra magis virtus se ostenderit orbi,

Hoc magis excrescunt, augmentaque debita su-
 munt.

Non hæc invidia, non hæc onerare querelis
 Debueras, Themis sancta, tuis. Sin exigis, artis
 Æmulus ut tecum repetam præconia nostræ:
 Numquam Pæoniæ concedent legibus artes,
 Atque ego te quovis commissus iudice vincam.

Sic Tu Diva licet, sis vasto antiquior orbe,
 Connubioque olim fueris conjuncta Tonanti,
 Postquam ita tunc rerum immutabilis ordo vo-
 lebat,

Nec licuit pugnare illi. Non ista nocebit
 Propterea nobis duri inclementia fati.

Quippe ego non potui nascendi tempora, &
 ortus

Anticipare meos: potui tamen addere cælo
 Nomen, & invitis transcendere sidera fati.

Cætera quid multis operosus dicta refutem?
 Nempe ego quo solas relevem medicamine
 pœnas

Sum datus: haud pugno, maneatque hæc uni-
 ca laudis

Summa meæ. Nil tam præfens agnoscere Nu-
 men

Fecerit, & solis propria est clementia Divis.
 Sed quod crudeles densantur in omnia pœnæ,
 Hoc Themidos donum est. Nempe hæc immi-
 tis in omnes

Effingit tormenta modos. Hac sanguine leges
 Scribebat dictante Draco. Sævire flagellis
 Hæc jubet, & diro compescere crimina ferro,
 Et fontes animas puris immergere limphis:
 Culeus hac, laqueique hac inventrice parantur,
 Quæque nimis miseris deturpant stigmata
 frontes.

In-

Inque cruces agit hæc, & vivos ignibus urens,
 Assidua mundum funestum strage cruentat.
 Sunt mites nobis animi, deponimus iras.
 Ocyus, & fassis faciles ignoscimus ultro.
 Hinc numerosa cohors nobis mansueta clien-
 tum:

Te fugiunt omnes, immania regna perosi,
 Atque horrent tantos, detestanturque rigores.

Attamen hisce tuis mundi stat machina curis,
 Et magna imperia, & gentes, urbesque, do-
 mosque

Jure tuo socias. Te conservante salubres
 Effundunt justæ vires in corpora mentes,
 Et quovis fugiunt diræ de pectore pestes,
 Et pax alma redit, concordia pristina surgit
 Mentibus, unanimesque iterum renovantur
 amores.

O si facta Tuis lucerent congrua dictis,
 Nec solis staret celebrata potentia verbis:
 Quam tua te merito reverentia sancta maneret,
 Complerentque tuæ mundum præconia famæ!
 Nunc quoniam hæc somno, volucrique similli-
 ma vento

Dicta volant, studioque nimis luctaris inani:
 Indomitus ciet usque furentia pectora Mavors,
 Et scelera abripiunt, & fæda per omnia ducunt,
 Diraque sejunctos agitat discordia sensus,
 Nec leges ultra curat vesana libido:
 Laudatæ cessant vires, Tua gloria cessat,
 Teque magis tua regna potens exercet Erinny.
 Hæc defende Tibi, cumque illa jurgia jacta,
 Et repete tua sceptrâ, & docta volumina pande,

Enumera leges. Sin immutabilis ordo
 Obstet, & arcani versantes omnia motus :
 Nepugna, fativæ vias occludere tenta,
 Et quæ regna tenent, quæque auxiliaria tantis
 Pestibus occurrunt sine numina mundus ado-
 ret.

Vos ergo septem gelido quos axe triones
 Quos rate visendos lustrat fulgentior Argo,
 Quosque calens medius terrarum continet
 umbo,

Nos colite, & nostrum manibus rogitate supinis
 Auxilium, nostras incendite honoribus aras.

Namque meis promptas monitis si traditis aures
 Constabunt vestris semper medicamina morbis.

Non equidem faciles adeo, nulloque labore
 Quærendos ausim tantos promittere fructus.

Nempe suo (sic fata volunt) sudore parantur
 Præclara: In nullas deducunt ocia laudes.

Non ego quæ per se pateant, nascentibus ortu
 Quæ primo cunctis dicitur natura docebo:

Obvia res & trita nimis, memorandaque solis
 Quæis hebetes multa nigrant caligine mentes,

Et quæis lethæa obfuscant oblivia sensus.

Numquam hæc effugient animos dictamina
 cautos,

Nec repeti hæc curat sapiens, sibi figere leges
 Doctus, & arcana justum describere norma.

At vires quæ sint quas tellus educat herbis,

Innumeras numero: quæ reddere robora ner-
 vis,

Quæ valeant imis educere noxia fibris,

Hæc latet, & solis constat prudentia nobis.

Non

Noñ hic invita luctanteis prendimus aure, (f)
 Nec manus injicitur rebus, (g) jactuve lapilli,
 Infestatur opus; (h) non hic dimittitur Orco
 Libertus; (i) non hic studio certamus inani

(f) *De more rapiendendi in jus, auricula vellicata, res notissima est. videtis Acron. & Porphyrion. in Horat. lib. 1. Sat. 9. Hinc antestari. Adrian. Turneb. Advers. lib. 28. cap. 14. Hotomann. Antiquit. Rom. lib. 1. adde Rosin. & Cujac. Observat. lib. 7. cap. 16 Ludovic. Carrion. Antiqu. lect. lib. 2. cap. 12. Rævard. in L. L. XII. Tab. cap. 5. Plaut. Curcul. Act. 5. Sc. 3.*

(g) *Rei vindicatio per manus injectionem fiebat antiquitus, cujus argumenta extant in l. sed si 10. §. prostituta 1. ff. de in jus voc. l. Titius 9. ff. de serv. exp. l. causam 20. §. 1. ff. de manumiss. l. imperat 7. Qui sine manumiss. l. 1. §. simili 4. C. de Lat. lib. toll. l. si ut manus 2. C. de Serv. exp. ubi adde Dd. & Comm. & Macrob. Saturn. lib. 3. cap. 7. Quintil. 7. c. 7. Ovid. Amor. 2. Eleg. 4. & alios.*

(h) *Novum opus nunciabatur jactu lapilli consule l. de pupillo 5. §. meminisse 10. ff. de nov. op. nunc. l. 1. §. sed & si. 6. ff. Quod vi aut clam. & l. vi facit. 20. §. 1. eod. tit. l. & si forte 6. §. 1. Si serv. vind. ibique Dd.*

(i) *Orcinus libertus, de quo vid. multum apud Barn. Brisson. de V. S. lib. 13. & Cujac. lib. 3. Observ. cap. 3. ubi leges plurimæ adducuntur.*

Antenuis vili cedat pictura tabellæ : (k)

Vel quo stilla loco cadat, (l) aut quæ cætera
juris

Ambigui, in magnas ducunt certamina nugas.
Seria tractamus. Quidquid complectitur orbis,
Quæ cœlum, quæque astra superstant omnia,
primis

Vestigata suis deducimus undique caussis.

Hinc quæcunque juvant, vel quæ fugienda no-
cendi

Obtineant vires addiscimus: inde mederi

Novimus, & sævis producere tempora fatis.

Sed quorsum hæc facient, si mox Themis
aurea mundo

Digressa extremam secum trahat una ruinam,
AËterni Regina poli, Reginaque mundi.

Qua sine nec socias conjungunt fœdera gentes,
Nec

(k) Magna est inter Ictos controversia, an Tabula
Picturæ cedat, vel contra, ob antinomialiam §. Si
quis in aliena 35. Instit. de R. D. cui consentit
l. Quæ ratione 9. §. 2. ff. de A. R. D. cum l. in
rem actio 23. §. 3. ff. de Rei Vind. ubi leg. Got-
hofred. Pacium. Nicol. à Passeribus, in concil.
leg. pag. m. 156. & opiniones Bartoli, Monti-
culi, Gelkenii, Azonis, Alberici, Belloni, Giph-
anii &c. apud Nicol. Genoa. concil. pag. m. 76.
& seqq.

(l) De Stillicidijs, eorumque servitutibus lites tædio-
sas decidere satagunt Capolla, Classenius, Har-
prechtus, Stammerius, & alii de servitutibus qui
scripsere, & Commentatores in tit. ff. & C.
hujus argumenti.

Nec coëunt urbes, in patrum funera nati
 Vix nati, & matrum properant in funera natæ:
 Juppiter ipse preces, atque impia thura per-
 osus,

Tela manu temere jactans fabricata Cyclopum
 Aeterna injiciet perituro incendia mundo.

Scilicet hic metus est Superis, hi corda timores
 Plus quam fæminei nunc immortalia terrent.

Quin abis hinc quo fata vocant? Rex Juppiter
 idem

Semper erit, femperque preces agnoscet Olym-
 pus,

Et thura, atque inopum miserans lamenta que-
 rentum.

Et qui nunc metus in socialia fœdera gentes
 Ire jubet, (m) junctisque ædes circumdare mu-
 ris,

Et formare gravi sibi propugnacula bello
 Dum pax læta manet, junctas retinebit easdem,
 Et nimiis etiam ponet moderamina damnis.

Quod si tu vacuo sine me confederis orbe,
 (Namque minas, quoniam sic vis, repetemus
 easdem,)

Quæ mundi facies, quæ rerum forma manebit?
 Scilicet aut ipsos prævertent funera partus,
 Aut primæ vitæ exortes, & ab ubere raptos
 Aut certe in grato crescentes flore juventæ

L 7 Atra

(m) *Civitates ex mutuo metu coaluisse, Ciceroni,
 Diodoro Siculo, & Herodoto jam olim credita est
 sententia: nuper à Thoma Hobbes, libro de Cive
 è tenebris revocata: cujus tamen falsitas ex solo
 Aristotele satis est perspicua.*

Atra dies perimens ad tristia Tartara coget.
Et leve principium furgens quodcumque nocendi,

Continuos nullo capiet prohibente vigores,
Et subito in totum sparget contagia vulgus,
Atque idem cunctos absumet lethifer annus.
Tunc tua Simplicitas, tunc sancta coletur Honestas,

Solaque Tu votis, Themis, tunc pollebis & aris.
Et quoniam certum est vires ostendere verbis,

Nec jam dissimulare licet: proh desine tandem
Certare, & victas tandem, Themis, porrigere dextras!

Concedam quocumque placet: tua dicta probabo,

Subscribam, & pedibus descendam in singula promptis,

Nec tamen effugies. Nempe hoc quodcumque citabis,

Si quid habes laudis: tota hæc atque unica nostra est.

Nam duce me matres clemens Lucina resolvit,
Adspiciuntque novi regnantia sidera partus,
Cultoresque Deum surgent. Non hæcenus ullum

Heic Themidi imperium. Quia me cogente calores

Vitales crescunt, alimenta que debita membris
Distribuunt, nondum innatum nascentibus æquum.

Ergo suos, nobis, ortus, augmentaque debent
Pri-

Prima tui: nostris oritur laudata propago
 Auspiciis. Nulli sine me spirare licebit,
 Et teneris agitare leves pulmonibus auras.

Num majora cupis miracula? Namque fa-
 tebor

Omnia, jamque, artis pandam sacraria nostræ.
 Apta regi quod sunt, vestris quod subdita dictis
 Pectora sunt hominum, doctique capacia justis,
 Nostrum munus habent, nos primo rore ri-
 gamus

Pectora, nos primis perfundimus intima succis.
 Quique animi custos per venas diditur humor,
 Hic nostra formatur ope, & qui spiritus inde
 Solvitur, inque omnes magis igne volatilis artus
 Commeat, & pulsus perfert à mente receptos.
 Exin membra suos acceptant singula sensus,
 Si nihil impediatur, partes si nulla per omnes
 Figant, vel celeres tardent obstacula motus.
 Sic manus artificis naturam imitata sequendo
 Mille modis formare rotas, & nectere docta
 Juncturis extrema aptis, per figula caute
 Dividit instrumenta sui moderamina motus.
 Hoc ergo impulsu mentes de corpore sumpto
 Accepta motus agitantur lege, nec ulla
 Mutantur per verba. Negat rationibus aures
 Incensa cui bile jecur cui pectora flavent,
 Et rapido flammans fervescit spiritus igne,
 Sic odia haud ullis lacrumis flectenda, vel arte
 Exercent, queis dira latent sub corde venena,
 Naturaque stupente usque in contraria fertur
 In toto nigrum fermentans sanguine virus.
 Contra cui gelido glaciatur frigore pectus,

Illi

Illi corda pavor pulsat, trepidique timores
Concutiunt, lassantque gravi formidine mem-
bra.

Non huic pro patria confecta strage tepebit,
Sanguinolenta manus : monstrabit vulnera
tergo,

Imbellique fugæ cupiet committere vitam.

Queis vero tenui stimulantur sanguine venæ,

Non illos fermo doctus prohibebit amare,

Et bello veneris stipendia larga mereri :

Cui gelidus venis crassusque infederit humor,

Illi livor iners, alienaque fata dolores

Nee profecturas incendent sæpius iras.

Sic alios aliæ morbos de corpore mentes

Accipiunt : quæ, ni reddatur debita venis

Temperies, numerosque redactus sanguis in
aptos

Artibus à nostris fluat, atque potentibus herbis,
Non, Themis, non vestris poterunt revalescere
dictis.

I nunc, Teque tuos jacta subducere duris

Fatorum imperiis, divina laude beare,

Atque immortales post funera sistere cælo :

Et quæ plura potes, nostros augebis honores,

Atque invita meas cogeris dicere laudes.

Hactenus hæc docto referens Epidaurius ore,

Desiit, & toto sunt facta silentia Pindo.

At Phœbus gemitu pectus concussit acerbo :

Quo simul audito nutant Heliconia late

Culmina, turbatæ stagnant Aganippidos undæ,

Et sacra mugitus reboat cortina, fragores

Ingeminant silvæ : trepidant præcordia Divis.

Ipsè

Ipsè animo motus solitoque loquacior ora
Solvit, & intales referat sacra pectora voces.

Tantane proh potuit Divum sub pectore
nasci

Ambitio, & laudum superis tam dira cupido est?
Quæ mala vos, Divi, retro discordia adegit,
Quisve furor mentes nimis inconsultus acer-
bans

In diversa trahit? quorum conjunxit Olympus
Officia, & studiis jussit communibus artes
Crescere, & unita mundum virtute tueri.

Non etenim (arcanas liceat mihi pandere sortes,
Et summi decreta Poli) mortalia durant
Vel Themis, Te sola, vel te solo auspice, nate.

Nempe animo adflicto nullas sibi corpora vires
Adsumunt, & nulla juvant solatia mentem,
Assiduo quatiat si spiritus æger anhelum

Pectus, & arentes exsiccent intima flammæ.
Scilicet arcta ligant, nimiumque tenacia vincla

Corporibus mentes, communis sensus utrique
Ingruit, & partes penetrans subit ocyus ambas,
Hinc adeo pariter ni respiciantur utræque,

Optatam frustra quæret medicina salutem.
Vos igitur sancto gratissima numina Pindo,

Ne posthac ultra vestris certate faventes
Exitis: juncto semper crescetis amore,

Et par vester honos, & laus æquata manebit
Donec longa suos absolvant secula cursus.

Nec quia vulgares nequeunt cognoscere sensus
Æque animi vitium latitans, ac corporis ægri

Non occultandum fundens per membra do-
lorem:

Atque

Atque hinc Pœonii magis exoptantur amores
 Mentibus humanis, quam sacratissima jura,
 Hinc tua prudenti minuetur gloria Pindo,
 Templaque continuo, Themî, diripientur &
 aræ.

Quin semper justas solito labentia motu
 Servabunt sibi fata vias, semperque manebunt
 Numina, semper honor vobis & gloria surget
 Usque nova, & Sol ipse suos contrarius ortus
 Ante petet, gelidasque arctos incendet, & Au-
 strum,

Quam sua templa Deûm quemquam, vel turba
 sequentum,

Vel laus, vel cantus, vel splendida deferat ara.

Quin etiam veteres longe superantia Delphos
 Tempa tibi, Themî, perpetuo Patavina relin-
 quet

Partibus ex æquis natus, præconia surgent
 Hic tua continuo renovata, & prodiga semper
 Lucebunt onerata novis altaria donis.

Tu modo sollicitos deponens corde timores
 Parce sacras verbis terere indignantibus aures.

Quod si quæ studiis adsit præstantia vestris,
 Hoc solum dubitatur, & hanc me judice, Pindo
 Definire libet motam præsentem querelam:
 Hic quoque succumbet neuter, vincetis u-
 terque.

Utque Deos quoscunque videt Parnassia rupes,
 Cœlestis virtus partes divisa per omnes
 Æquat, & hac dignos sacrata sede reponit;
 Omnia sic vobis etiam discrimina tollit
 Mens æque divina, æque admirabile numen.

Sci-

Scilicet in varias eadem prudentia partes
 Finditur, & curis non semper inhæret iisdem
 Sic ubi Tu morbos miseris, Themî, mentibus
 arces,

Primaque per lenes cohibes primordia pœnas:
 Si porro tetrum se partibus inferat imis
 Virus, & obfistens mites eluserit artes,
 Fortior applicitis merito medicina paratur,
 Et juvat admoto membrum inmedicabile ferro
 Scindere, Vulcanove urendam tradere partem,
 Improba ne reliquum lædant contagia corpus:
 Quantum Pœonias, Themî, condescendis in
 artes!

Sic parili natus ratione nec arte minori
 Ut sua jura sibi reddant in corpore partes
 Mutua, perque suos demittant trita meatus
 Ora cibos, stomachique parent fermenta ca-
 lentes,
 Prospicit, albentesque bibant ut congrua venæ
 Fœcibus excretis, aptasque ut quæque receiptent
 Viscera particulas: avidum ne injustius hepar
 Præripiat sicco sua nutrimenta lieni,
 Aut nondum concocta alimenta immitia venis
 Comittantur, & hinc sanguis sine lege resistat,
 Atque induratus penetralibus hæreat imis.
 Aut nimio exiguæ partes ardore soluta
 Ordinibus ruptis properent volitare per artus,
 Aut stagnans hinc inde residat putidus humor.
 Hæc adeo natus dum legibus omnia justis
 Temperat, & mores membris componit ami-
 cos,

Et paci sociat communi, & foedere firmat,

Et

Et tribui sua cuique iubens, ad debita cogit
 Obsequia, & finem corpus conservat in unum,
 Non Themis, nonne tuas exercet providus artes?

Postquam igitur vestris eadem est prudentia
 curis,

Atque eadem medicina animos & corpora sanat,

Non secus ac fuetus lentandis navita tonfis
 Laude pari proram torquet, dat carbasa ventis,
 Seu gemmis abies, seu plena oneretur arena:

Usque pares etiam vobis reddentur honores,
 Et (sic fata volunt) stabunt communia templa,
 Communesque locis radiabunt omnibus aræ.

Ergo simul vestras posthac concordia mentes
 Una liget: pulchro niteat præstantia nexu,
 Junctaque adoranti donet sua munera mundo.

Sic ait: & laudata Dei decreta benigni

Excipiunt alacres Themis atque Epidaurius
 ultro,

Amplexusque hilares, atque oscula dulcia jungunt,

Orantesque sibi veniam mox mutua firmant
 Auxilia, & stabiles per secula longa favores.

Applaudet Parnassus ovans, clamoribus auræ
 Commotæ nova festa sonant, adolentur honores,

Serta nitent templis, & numina prompta Camœnæ

Ingeminant festos divina per ardua cantus.

Hæc tibi nunc repetit communia gaudia Pin-

duſ,

Ista renascuntur tibi festa, augentur honores

Dum

Dum MELMI dilecte tui, & tibi præmia digna
Ipse Coronides juncta cum Pallade confert.

Ergo iterum exultant Divi, lætisque feruntur
Unanimes per templa sonis, bona sidera voces
Gratantum pulsant, jactantur in aëra plausus.

Ipse memor pacti, atque suis ut nupera
Phœbi

Pœonias artes studiis responsa ligarint,
Ecce Themis se se properans gratantibus infert,
Ipsaque conjungit plausus, & protinus artes
Commendat laudande, Tuas, dotefque recen-
sens,

Virtutesque animi, & laudes in singula ducens,
Prospera fatidicis accendit gaudia votis.

Salve Cecropiæ cui nunc nova bacca Mi-
nervæ,

Doctaque cui lambit felicia tempora Daphne:
O Salve dilecte nimis, quam se tibi Virtus
Complet, ut angusto Parnassi vasta coërces
Corde, novemque Deas animo Phœbumque
recondis!

Nempe tuo exemplo Pindi decreta probasti,
Et commissa tibi Patavini NATIO Phœbi
Nos GERMANA docet, quantum discordia
bella

Corporibusque animisque eadem prudentia
placet.

Fortunate nimis, quantum tibi prospera lætos
Fata, beaveruntque tuos felicia partus
Sidera, continuos semper renovantia motus.
Vive igitur, gressuque alacri super aspera ferge,
Atque Machaonias quamvis sectaberis artes,

Non

Non contemne tamen quæ nunc tibi munera
confert

Haud spernenda Themis: nec dextra, provide,
lances

Depone, ut justo dispenses pondere succos,
Atque herbas, lapidesque sua virtute juvantes:
Ferrum læva gerat, raro quod tradere dextræ
Aufit, & haud umquam nisi mortua membra
recidat.

Sic mihi auxilio, placidisque potentior herbis
Semper eris, semper morbis metuendus, &
atræ

Terribilis morti, completo laudibus orbe
Sic tibi jam tactus pridem pandetur Olympus.

Hæc & plura ferens, laudes hortatibus addit:

Quas mihi si liceat sero nunc sine referre,
Et queis templa modis, moti quo carmine luci
Personuere, manusque piæ quæ vota Dearum
Vestris, dispersæ sacrata per avia lauri,
Corticibus nulla carie exedenda notarunt:
Tunc ego & æstivos facundus condere soles,
Et valeam doctum cantando rumpere Phœ-
bum.

Nunc quoniam numerique vetant, me tanta,
tuisque

Laudibus ipse Deus Pindi lassatus anhelat,
Dum vera virtute tumentia pectora, dumque
Quæ stupuere tuas resonantia pulpita voces,
Et quos dexteritate nova medicamina mixta
Dispulerint morbos, numerofo carmine
pandit:

Non ausim parcus largi laudator honoris

Sur-

Surgere, & inviso Pindum confundere cantu.

Interea hoc superos omnes, Heliconaque
testor,

Quique tenent Helicona Deos, quosque ambi
Olimpus,

Insolito penitusque novo mihi gaudia motu

Pectora pertentare. Etenim cor subsilit imum

Usque mihi, calidoque exultant sanguine venæ,

Et spargunt hilari salientia viscera succo.

O salve nunc, chare bonis, charissime doctis,

Atque amor une tui, sit fas hoc addere, PLACCI.

Ergo vides quantum tua te doctrina bearit,

Et certans fortuna illi, fociata perennent

Ista diu, & nostros sine fine imitentur amores,

Quos fata, & radians in amicis Juppiter astris,

Et natus Maia felici fidere regnans

Junxerunt, auxere locus, commune salinum,

Et suavi sermone dies noctesque peractæ,

Et semper sic visa magis tua candida Virtus,

Et quamvis discreta imitans insignia, recta

Unitis eadem GERMANICA NATIO curis:

Et quæ plura nimis quondam meminisse ju-
vabit.

Scilicet hic animos urens præsentibus ignis,

Absentes inter numquam extinguendus, in
annos,

Inque dies omnes, omnes cumulatus in horas

Crescet, & in momenta etiam: solvendaque
numquam

Mutua perpetuo junget concordia nexu.

Laurus Philospho-Medica

FRANCISCO HOPPIO

HAMBURGENSE

In Archi Gymnasio Patavino,

A. D. cld. Idc. Lxiii. d. iv. Id. Nov.

S Acrata nostris ergo pulpitis templa,
 Aræque rursus, verticesque Parnassi
 Divinitate, sanctitate concedunt;
 Aganippidosque Brenta despicit lymphas,
 Et Cirrha tectis invidet Patavinis:
 Postquam huc recedit omnis usque Parnasso
 Deum caterva, frondibus sacris textas
 HOPPI, coronas vertici tuo portans.
 HOPPI beate, quam tibi polus lucet,
 Felicitasque larga se tibi complet.

Tibi propinquat ista numinum turba,
 Tibique sese Phœbus en cito gressu
 Infert, comesque lætior Coronides;
 Hygia pone nata cujus insittens
 Vestigiis, Salusque fausta festinans
 Et Vita semper vividas serunt frondes.
 Tibi Tonantis flava nata jucundam
 Severitate blanda ridet exuta,
 Tibique non mortalibus gerit textam
 Dextris coronam. Laurus hanc tibi, Pæan,
 Dilecta tantum, candidisque componit
 Oliva baccis: Addidit simul Virtus
 Palmas recentes, neve quod decus desit,

Et

Et flosculos hic millies coloratos
 Charites benignæ, & grex favens Camænarum
 Intexuere: frigus hosce non uret,
 Caurivè frangent, nullus æstus hos perdet.

Ut ista fronti congruunt tuæ ferta
 HOPPI, decusque mentis abditum cunctis
 Plene figurant, totque noctibus tandem
 Desideratis præmiis beant curas!

Dilecte salve, laureate nunc salve
 HOPPI, sereno porro fors tuis vultu
 Nostrisque semper mitis annuat votis,
 Sic orbe toto qua lubet pererrato,
 Tandem relictis patriæ focis recte
 Redderis, & post invidente Plutone
 Animas abire segnius sua sedè
 Jubens, in annos ultimos reservabis.
 Sic tu Machaon audiesque sic Hermes
 Alter per orbem, laudibusque sic summis
 Æquata pridem serus astra transcendes.

Pia & luctuosæ Memoriz

JACOBI TROLLEN
EQUITIS DANL.
TUMULUS.

H O S P E S.

QUISQUIS. ES. QUI. TRANSIS.

HEIC. SUBSISTE.

INTUERE. SAXUM. HOC. ET. HONORA.
ETIAM. HUMATORUM. CURATIO. HUMA-
NITATIS. EST.

NEQUE. CURATIO. SOLA. SED. ET.

VENERATIO.

PRIMA. QUIDEM. ET. PALMARIA. EXHI-
BENDA. HIS. QUI. DE. BONO. COMMUNI.
HUMANO. BENE. MERUERE.

MINIME. TAMEN. ET. HIS. DENEGANDA.

QUOS. JAM. ID. ACTUROS. FATUM.

INTERCEPIT.

FATUM. INACCERSITUM. ACERBUM.

PRÆCOX.

ET. NISI. AUCTOREM. RESPICIAS. PENI-
TUS. DAMNANDUM.

EX. HOC. ORDINE.

GENEROSISSIMUS. OLIM. ET. NOBILIS-
SIMUS. JUVENIS.

JACOBUS TROLLE
EQUES DANUS.

HOC

HOC. SAXO. TEGITUR.

QUI. A. PATRE. VIRO. ILLUSTRIS.

NICOLAO TROLLE.

MULTIS. MAGNIS. CONSILIIIS. ATQUE. OF-
FICIIS. ET. IMPRIMIS. PROREGIS. NOR-
VAGIÆ. MUNERE.FIDELITER. FORTITER. AC. FELICITER.
OBITO.REGI. REGNOQUE. SUO. AC. TOTI. ADEO.
TERRARUM. ORBI. CELEBRATISSIMO.

ET. MATRE. NOBILISSIMA. ET.

SPECTATISSIMA.

HELLA ROSENKRANTZ.

SUMMISQUE. RETRO. AVIS. ET. PROAVIS.

ACCEPTUM. NATALIIUM. SPLENDOREM.

NON. CONSERVARE. MODO. SED. ET. AU-
GERE. OMNI. OBE. NITENS.

CONSUMTA. LITTERARUM. STUDIIS. ET.

VARIIS. PEREGRINATIONIBUS.

PRIMA. JUVENTUTE.

SCIENTIARUM. TRADITA. SIBI. OLIM. PRÆ-

CEPTA. PARTA. MULTIS. EXPERIENTIIS.

PRUDENTIA. VERE. SUA. FECERAT.

LINGUARUM. PROMPTAM. VARIETATEM.

DOCTA. FACUNDIA. COPULAVERAT.

MORUM. DECORAM. VENUSTATEM. AD.

OMNEM. FORTUNAM. COMPOSUERAT.

CORPORIS. NATIVUM. VIGOREM. AD. QUÆ-

VIS. SE. DIGNA. MUNIA. OBEDEUNDA.

INDUSTRIOSE. FIRMAVERAT.

DENIQUE.

SE. TOTUM. PACIS. ET. BELLI. ARTIBUS.
BONIS. OMNIBUS. PRÆPARAVERAT.
SED. EHEU!

CUM. HÆC. OMNIA. IN. PATRIÆ. COMMU-
NE. BONUM. COLLATURUS. DOMUM.
TENDERET.

IN. ITINERE. MORBO. FATALI. CORREP-
TUS. ET. ABREPTUS. EST.

AURELIIS. A. D. c l o . I o c . L X I V . D I E .
I I I . N O V E M B R I S .

ANNO. ÆTATIS. SUÆ. XXXII.

LUGENDUS NON. PARENTIBUS. SOLUM.
ET. AGNATIS. AUT. AMICIS. SED. BONIS.
OMNIBUS.

MIHIQUE. CUMPRIMIS. QUI. EXTREMI. ITI-
NERIS. COMITI. SUAVISSIMO. MEMORIAM.

HANC. QUALEM. POTUI. NON. QUALEM.

DEBUI. IPSE. MORBO. GRAVISSI-

MO. PRESSUS. ET. TANTUM.

NON. OPPRESSUS. CUM.

LACRUMIS. ET. DOLO-

RE. SONTICO. POSUI.

O. SALVE. LONGUMQUE. VALE. MIHI. CO-
GNITE. TROLLI.

SIC. TULIT. INFAUSTUM. PER. BREVE.

TEMPUS. ITER.

MOX. ITERUM. SOCIANDE. TAMEN. SINE.

FINE. DIREMPTO.

HINC. MIHI. CUM. REQUIEM. PATRIA.

VERA. DABIT.

EPICEDIUM.

S Cilicer antiquum retinent mortalia. Magnas
Præcipitant plerumque celerrima funera
mentes.

Stat lex fatorum. Nascentia primitus astra
Talia viderunt Parcarum currere fufis
Fila, secuturos rerum signantia motus.
Nam citò quæ tulvo crescebant spiffa metallo
Rumpebantur, & in primo difcerpta rotatu,
Hærebant Stygiis fragmenta infignia dextris.
Cætera vel modico vel profus lumine nullo
Clara, per immensos durabant plurima tra-
ctus.

Quis non agnoscat defuncti ftamina TROLLI,
Invisis nimio splendore nitenta fatis!
Illi nempe favens claro de ftemmata nafci
Sors dederat, quo poffet avos, poffetque vetuftos
Heroas proavos ferie deducere longa,
Inque illis numerare Patrem, quem reddere
jura

Et Regis præftare vicem Norvagia vidit,
Nunc in confiliis miratur Balthica tellus.
Junxerat huic Natura bono formæque de-
corem

Quique animum, corpusque queant ornare
vigores:

Huic Charites, Phœbusque & ad incunabula
Mufæ

Adfuerant, doctis que rigarant pectora limphis,
Suadaque dilectis tulerat fua mella labellis

Sic accensa sacro spiramine, fomito sancto
 Ardescit virtus, cumque horis, lucibus, annis,
 Gliscunt innatæ generoso pectore flammæ,
 Et flagrant, seseque agitant, & limite nullo
 Arctari claudive volunt, obstacula rumpunt,
 Auraque qua sese præbet liberrima, tendunt.
 Non igitur patriis quæcunque docentur in oris
 Sufficit apprehendisse, & singula magna notasse
 Indefesso animo, quandam quæ gesta feruntur,
 Cum nondum ultores meruissent crimina
 nimbos,

Primus & Assyrii Ninus fundamina regni
 Poneret, & turrets Babylon inferret Olympo.
 Cumque orbis terræ moderamina Persis ha-
 beret,

Donec spreta diu mundi captaret habenas
 Emathia, Eoas audax submittere gentes
 Imperio, & reliquis leges imponere terris,
 Cum quibus ipsa simul per tot jam prælia victis
 Dardaniis, & post tot funera sæva renatis
 Sæpius innumeris serviret adacta triumphis,
 Et bellatrici sua propugnacula Romæ
 Traderet, in varios mox distribuenda Tyrannos.
 Hæc & plura domi chartis relegenda vetustis
 Antiqua, & paucis hodiernis usibus apta,
 Non satis est cupidæ rerum, mentique sagaci
 Nosse: juvat prodire ultra, consuescere in aulis
 Præcipuis, Regum causas, & maxima rerum
 Magnarum momenta suo quæ cardine versant,
 Equantes reliquum justo libramine mundum.
 Hæc agere, & varios vivendi discere mores,
 Expedit, & variis sua promere sensa loquelis

Arcanasque artes regnandi, & noscere leges,
 Et quantum stet ubique suo prudentia talo
 Cernere. Quo juncti serventur foedere Belgæ,
 Utque caput variis unum Germania membris
 Maluerit præferre, tenent ubi quilibet artus
 Imperium pro parte sua, quod tradidit uni
 Gallia, cum populo voluit commune Britannus,
 Italia in variis monstrat subsistere formis.
 Hæc adeo lustrans oculis animoque sagaci
 TROLLIUS, & doctis addens bene prodita chartis,
 Noverat ex primis scite deducere causis,
 Sæpius irato quidquid derivat ab astro
 Et fallens & falsus Arabs. Convertere mundum
 Scilicet, infestosque armis committere gentes
 Quæ soleant, rursusque tenaci foedere mentes
 Concordes quæ vincla ligent. Inferre furentes
 Vel sibi vel Regi populos infania dextras
 Quæ moveat. Tum res quo stent fundamine
 firmæ

Communes, ruptæve cadant violenter, & ipsâ,
 Sponte resolvantur. Jam quæ nutantia firment
 Imperia, instantesve queant tardare ruinas,
 Et quæ præterea paci componere mores
 Apta, vel invisis metas præfigere bellis
 Commoda divulgare vetant arcana periti.
 Hæc patriæ magnos olim prompturus in usus
 TROLLIUS, egregius collegerat omnia curis.
 Cætera quid memorem? Mores, quos este venusti
 Exemplum, & recti quos posses dicere normam,
 Et quæ plura feros nimium renovata dolores
 Intendunt, luctuque novo præcordia complent,
 Et faciunt revocare dies, quos condere, TROLLI

Te comitante datum est. O suaves undiq; luces,
 Sed nimium curtas ! Non illis tempora vitæ
 Ulla queam præferre meæ. Fastidia duræ
 Nempe viæ mixto sermone fefellimus, & nos
 Vix quoque Taurinas transcendere sensimus
 Alpes,

Et nimbos hyememque pati, contentus utrique
 Dum gaudens animus solitos in corpore sensus
 Fixit, & ad primos clausit penetralia motus.
 Sic igitur propere tardas ubi volvere limphas
 Discit Arar, mixtus longe citioribus undis,
 Venimus. Hei quid musa, files ! quo cætera
 differs,

Quid Ligerim turbata times? Non funera nobis,
 Sæva renascuntur, solito nec tardior annis
 Nunc iterum prohibet fatalia tangere tecta
 Aureliisq; animum mundo discedere TROLLI.

In quæ cæca feror? pulso mihi lumina visu
 Quæ nox pertentat? Quæ mors inopina per
 artus

Obreptans tremebunda quatit formidine
 membra?

An tecum morior, TROLLI, vel mortis imago
 Febris sæva redux lanquentia viscera vexat?
 Et me migrandi tecum spe lactat inani;
 Deficio certe, cor sistitur à glaciali
 Frigore, diffugiunt sensus, animusque liquefcit,
 Fallor, an umbra mihi Tua nunc suavissime

TROLLI

Cernitur, & luctus prohibens, lamentaque
 carpens,

Exangui tales, fundit de pectore voces.

Et

Et quorsum hosce moves questus, suspiria
quorsum

Nil tibi profectura ciens, animumque dolore,
Et fletu sine carne cutem siccabis inani?
Non ea, crede mihi, mea fors nunc exigit omni
Lætitia celebranda magis, votisque petenda.

Sed vos præmatura nimis mea fata vocatis,
Hoc etiam erroris cæca de gente tenentes,
Quæ vera pietate carens, quæ nescia CHRISTI,
Præsenti sola mensurans omnia vita
Tangebatur nullo cœlestia munera sensu.

Multos quippe dies vobis numerare peractos,
Et menses animis, annosque evolvere tanti est,
Sæpius adducto pulimones tendere vento
Queis licuit, gratosque cibos donasse palato,
Et festo placasse madentia guttura Baccho,
Possedisse domos, vel culti jugera campi,
Aut nummis valuisse, & cætera vana probasse
Quæ non enumerare libet? Perpendite cuncta
Quæ poterant addi nil imperfectius illis
Ipsa etiam vestri sensit sapientia seculi.

At famæ victurus eram, si fata dedissent
Longius & vitam, & cum vita ducere nomen.
Scilicet hæc vestræ numerosa incommoda vitæ
Quæ mereatur erit: quæ tot consumere curis
Indefessum animum, & periturum exedere
corpus

Et tantis contra bene suadeat ire periculis.
Aura levis, vento similis, vel ventus, & usque
Alterius pendens ex ore volubilis aër,
Exiguo plerumque loco, vel tempore parvo
Septus, & ad sensus numquam penetrabilis
omnes. In-

Incerto quovis pulsu impellentē vigores
 Accipiens , illoque iterum cessante remittens ,
 Nec tangens animas laudando funere functas ,
 Plus nimio miseras , iterum si vexet inanis
 Spesve , metusve , vagi quæ sit sententia vulgi.
 (Vulgus enim cœli vos curia iudicat omnis ,
 Exiguum cui vestra facit sapientia punctum .)
 Quem vel sensus iners falso discernere verum ,
 Vel cæco perversa vetat laudare voluntas
 Motu animi , volucris superante rotamina
 venti .

Namque quid hoc ? Laudant omnes , laudantur
 & omnes ,

Quos alii culpant : rursus culpantur iidem .

Et tandem unanimis veri , consensus ubique .

Deficit , & quavis ratio pro parte citatur .

Sic partū quod prisca dedit felice Stagira

Faustum naturæ monstrum , mera fingere
 falsa ,

Et fictis animos credentium eludere formis ,

Atque alias aliasque novas fabricare Chimæras ,

Quæque habeant nullos abstrusa vocabula
 sensus ,

Audimus plena resonantia pulpita voce .

Et juvenem , quem Pella dedit cognomine
 Magnum ,

Audacem sunt qui malint , quam dicere fortem ,

Et contra fatagunt infandi facta Neronis ,

Tot diras cædes , & in excusabile lethum

Illatum miseræ post cætera funera matri ,

Consilio recto cautæque adscribere menti .

Quid Tulli eloquium memorem , cantusque
 Maronis Non-

Nonnullis fordere etiam, qui carmina Mœvi
 Et raucum magno clamantem Stentora plausu
 Indice designant, & presso pollice laudant,
 Qui medio monstrandus erat: stant nempe pro-
 bantur

Pro sensu arbitria: atque hic est ubi cedere
 nemo,

Sed pollere cupit quisque, aut pollere videri.

O vanæ mentes hominum, vitæque beatæ
 Indociles nimium, nimiumque per avia longe
 Incerto, & penitus cæco ductore vagantes.

In summa vos parte manet, quod quæritis
 infra,

A cælo repetenda salus, atque omne levamen
 Solamenque mali, tranquillæque ocia vitæ.

Hic, hic intemerata quies sedet omnis, & omnis
 Æternum secura mali pax læta triumphat.

Hic exhaustorum sunt præmia longa laborum,

Huc animus tollendus erat. Spes tota locanda

Hac regione venit, flagrantibus ardua votis:

Hæc sola est vobis sedes vestrisque petenda,

Sive novus primo ducatur spiritus ortu,

Seu jam confectos senio meæt aura per artus.

Felices nimium, maturè ponere vitam

Mortalem, exuviasque bonæ mala tegmina
 mentis

Quæis cita mors, sed sancta tamen, dat ponere
 terra,

Atque animam quo nata fuit dat reddere Cælo?

Sed quo chare fugis, quæ vis subitanea rursus

Terapit? ô dilecte mane, sic linguis amicum

Nunc iterum? O rursus mihi mortue, mortue

TROLLI, M 6 Sed

Sed verbis lugende bonis , sanctissima post-
quam

Hæc monita , & nimium mihi vera effata tulisti.
Vive igitur , longumque vale , Dulcissime

TROLLI ,

O TROLLI venerande , bonis charissime
cunctis ,

Atque ipsi dilecte Deo , statione vocatum
Mortali qui te immortalem reddidit alto ,
Et qua natus eras , quam mens erecta petebat
Assiduo nisu maturum sede locavit.

Ast ego , Mi TROLLI , quem pallida febris
eadem

Tecum aggressa die vicibus concussit acerbis
Haftenus , & dubio rediens abiensque vicissim
Circuitu , jam mortis in ipso limine fessum ,
Incertum certane fide dubiãne , reliquit.
Me miserum , quem nunc extrema per omnia
ductum ,

Et vix semianimem , si cernas , ducere mortis
Vitam fata jubent , quemque infelicio aura
Nunc etiam invitum nutrit , fortique reservat
Nescio cui ! Quam te facilis sequar , optime

TROLLI ,

Et rata sint mea vota ! brevi sequar , optime

TROLLI ,

Sic precor , ô mors grata veni , quæ reddere vi-
tam

Sola potes ; tibi namque uni nos nascimur , uni
Vivimus , & per te cœlesti sede potimur.

O mors sancta veni , precibus votisque rogata
Quæso veni , fessamque animam de corpore
solve. Sit

Sit modus his etiam votis tamen, omnia
summo

Hæc maneat commissâ Deo, qui dum volet ista
Nunc quoque vix ægrè diro subrepta feretro.
Plus medio moribunda traham sine viribus ossa.

Interea vos ô defuncti vivite TROLLI
Vivite contenti Manes, vocemque cientis
Exanimes umbras, vultumque exanguis amici
Accipite, & raucum quod forte minusque so-
norum

Excidit, hoc morbo, justoque referte dolori.
Mox ubi læta dies aderit quæ me quoque terris
Ereptum cœlo reddet, moderamine nullo
Æternum nostros iterum jungemus amores.

AMOR RATIONABILIS

Amorum Variorum Princeps.

E P I T H A L A M I U M,

Nuptiis Felicissimis

MICHAELIS KIRSTENII

Ph. & Med. D. & P. P.

E T

ANNÆ MARIÆ DASSQVIÆ

*Celebratis Hamb. A. D. c. l. o. l. c. l. x. v.**Dicatum Lutet. Parisior. à**V. P. H. I. V. L.*

P R Æ L U D I U M.

Corporeas fragili fumens de corpore vires
 Solo quo crevit fomite durat Amor.
 Hinc varius vario pro corpore surgit, amat-
 que
 Mutati cunctas paticipare vices.
 Bile flagrat fervente, tumet, furit, intima versat,
 Sanguineo rursus fonte tepente tepet.
 Hæret, viscosus si venis torpeat humor,
 Limpha suâ fluidum mobilitate facit.
 Febricitante sibi febrem de corpore sumit,
 Ægrotat corpus, lanquet & æger Amor.
 Admotum fatis mortem si sentiat, illam
 Jam majore sui parte recepit Amor.

At

At Ratio quem recta parit, quem nutrit Amorem,

Non sentit dubias corporis ille vices.

Non illum pallor, macies, mutatve senectæ,

Natura aut quidquid forsve caduca movet.

Non moritur Vestæ sacer ignis: funera vincit,

Extremos superat flamma sacrata rogos,

Fervet inextinctus tædis cœlestibus ardor,

Dum non mortalis pabula mentis habet.

Hosignes, flammæ tales KIRSTENIU sardet,

Cui ratio aut certe est pars rationis Amor.

Illius æternus, (sit fas hoc postulare Musæ,)

Verfibus æternis concelebretur Amor!

EPITHALAMIUM.

Quam non unus Amor mortalia pectora
versat,

Quam variæ Veneres, variiq; videntur Amores,

Diversis totum flammis accendere mundum!

Quis numerum innumerum, quis singula nomina fando

Exprimat, obscuro vel quis deducat ab ævo

Confusam seriem nascendi, & stemmata primis

Vix etiam bene nota Diis, ac ordine certo

Nondum etiam discreta, aut discernenda Tonanti?

Scilicet ipsa Jovis circum incunabula parvi

Jam variæ Veneres, jam versabantur Amores:

Antiquum genus est, primævi secula mundi

Ante fatum, nondum radiantia Cynthia astra

Cum premeret, certo distinguens tempora motu,

Non-

Nondum noctivagos agitaret Cynthia currus.
 Exin prolificum genus omni tempore crevit,
 Inque dies crescit, nec crescere desinit um-

quam,
 Oceani numerus quamvis præpolleat undis.

Non ego tam tenui tot dicere numina verfu
 Coner, & arenti tentem deducere vena,
 Quos cælum, quos alma Dies, quos Falciger,
 aut quos

Ingenti Tellus partu, vel denique rerum
 Principium commune Chaos produxit Amores.
 Nec mihi cantandi veniat tam dira libido,
 Ut vel Pasiphaës, vel Myrrha aut Bibliidos ignes,
 Quosve arsit merito laceratus Thracibus Or-
 pheus,

Aut similes alios infando carmine dicam.

Non illis Veneres, nec credere fas sit Amores
 Infedisse animis: Furia mala pectora diræ
 Diræ Erebi pestes, speciem vel nomen Amoris
 Mentitæ, Stygiis agitarunt intima flammis.

Nec quoque te memorem, quæ nomine fal-
 lis Amoris,

Et Venerem mentita, gênas, fucata Libido,
 Undique per totum baccharis noxia mundum,
 Pectora tabificis tēmerans incauta venenis.

Non te foeda canam: peperit te tristis in Orci
 Vestibulo Nox cæca truci conjuncta Furori,
 Te Morbi, Pallor, Livor, Maciesque sequuntur,
 Ignis, ira Jovis, vibrataque fulmina dextra,
 Enceladi diro cum sanguine mixta ministrant,
 Et Phlegetonteos redolent tua tela liquores.

Non tales animus nobis fert dicere flammæ,

In-

Innocuos, & non culpandos poscimus ignes,
 Carmine Semideos & numina casta ciemus.

Calliope si digna precor, si te quoque quondam
 Ussit Amor, mea coepta juva, succurre canenti,
 Et quoniam genus, & numerum comprehendere
 versu

Non licet, at saltim similes da fingere Amorum
 Diversas species, & quo discrimine tanto
 Tam variaē distent veneres, & ab ignibus ignes,
 Et cur non unas habeant tot spicula vires.

Sic liceat quodcunque boni, quodcunque ma-
 lorum

Quilibet incensis apportet cordibus ignis
 Cernere, & optandas miseris distinguere flam-
 mas.

Non cunctis secreta patent sacraria : sensus
 Admittunt paucos, paucis reseratur Eleusis.

Est locus arcano procul à tellure recessu,
 Abditaque ignoto penitus jacet insula ponto,
 Haecenus innumeris multum quaesita, nec
 ullis

(Fatorum sic jura volunt) detecta carinis.

Huic Paphos, atque Cyprus, cedunt huic al-
 ta Cythera,

Nec locus est alius toto felicior Orbe
 Fertilitate soli : semper tractabilis aër

Sponte sua natas cum floribus educat herbas,
 Ignarasque hyemis, constanti vere tuetur :

Planitiem pars una tegit, pars altera colles
 Aut valles decorat : pars late flumina circum

Sparsa repercussos geminant in fonte colores :
 Pars soli innocuo nemorum defenditur umbrâ,

Um-

Umbrâ quam solito magis alta cacumine
myrtus,

Et jam non frutices inter numeranda roseta,
Ordine composito per prata virentia pandunt.

Hic locus innocuas Veneres, hæc regia sedes
Teligeros volucresque Deos, sociosque Deorum
Et socias tenet: heic errantes ordine nullo
Quot Veneres totidem juxta cernuntur Amo-
res,

Non sine Amore Venus, non est sine matre
Cupido.

Nempe simul per prata meant, vestigia firmant
Pressa simul, similes unâ meditantur iisdem
Cordibus ardores, & missa Cupidinis arcu
Tela volant, junctim Veneris qua spargitur
ignis.

Ne numerum quæras, numerus transcendit
arenas,

Quosque humus hic flores, vel pictas educat
herbas.

Ducitur in nostras hinc crebra colonia terras,
Hinc Paphon, Idaliasque domus, hinc alta
Cythera,

Et Cypron, atque Amathunta Dii petiere mi-
nistri,

Et dudum mediis jussi confidere Gallis
Legati, flammâ simul & mandata ferentes,
Et qua lege datum est, spargentes tela per or-
bem.

Interea remanent placita nec fede recedunt
Primores, proceresque Dii, queis quatuor arces
Quatuor ad ventos solers Natura locavit: †

Qua-

Quatuor æternæ decorant altaria flammæ,
Hoc uno similes, quod deducuntur ab astris,
Quod plerique illis hominum debentur amo-
res.

Quatuor hos juxta lætos vaga flumina campos
Irrorant, quæ ista tela lavat mittenda Cupido,
Pro variis varias limphis fumentia vires.
Ergo cohors bis bina Deum sub principe Diva
Quælibet, atque suo sub principe degit Amore,
Atque aras sibi quæque suas, & flumina, & arces
Servat, & ab similes succendit cordibus ignes.

Nam qua phœbeos hæc Insula respicit ortus,
Læta Venus reliquis formosior una, comesque
Lætus Amor colit has reliquis speciosior oras,
Hi semper saltant, hilaresve per avia lusus
Exercent, citharamve sonant, vel carmina
pangunt,

Suaviter aut junctis dant oscula mille labellis.
Gaudia, sollicitis nec non procul otia curis,
Et Risus, mollesque Joci comitantur euntes:
Insequitur licitis gaudens Petulantia furtis,
Atque rosæ carptaque tegens vestigia myrto,
Brachia nunc faciemque levi nunc percudit
ictu,

Collaque, vel frontem studio titillat inani,
Nullaque facturos minitatur vulnera jactus.
Hi raro tectis subeunt, atque atria raro
Complent, ni positis celebrent convivium mensis,
Vel nox plus medio ludis transacta quietem
Imperet, atque invita serat per membra so-
porem.

Consimilem Divis vitam quoque ducit aman-
tum
His

His subjecta manus, gratos in corda tepores
 Quæis mittunt moderati ignes, & sanguine
 venas

Distendunt agili, facilesque accrescere motus
 Cordis, & ad nullos faciunt stagnare dolores.

Auroræ digitos referunt imbuta liquore
 Tela, nec his ullum dant vulnera facta dolorem,
 Titillantque hilares suavi prurigine sensus.

Fortunata Venus, qua blandior altera non est,
 Fortunatus Amor quo non jucundior alter!

Non sic aut procul hinc medio sub sole quies-
 cens,

Fervidior Venus ardenti sociata puello
 Pectora demulcet: non his levis æstuat aris
 Ignis, & innocuæ delectant lumina flammæ.

Siccior heic tellus, & collibus ardua nudis
 Indicat occultis latitantia sulphura venis:

Et cunctas acuens spinis pungentibus herbas
 Vix patitur summos sine sanguine carpere
 flores.

Discordes errant hinc inde per avia Divæ,
 Angor, & invisio comes Indignatio Zelo,

Et trepidi falsa cum Suspicionè Timores,
 Jurgiaque, & raucos inter Maledicta susurros,

Et fractas agitans mala Desperatio mentes.
 Ipsa videns torvum Venerum dux Diva mino-
 rum

Ardentes vivis dextras carbonibus armat,
 Et puer austerus similes qui ducit Amores,

Afferit esse suas non ludicra tela sagittas,
 Quas simulac tinxit multum flaventibus undis,

Fel sulphurvé putes. His tactum carpitur igne
 In-

Intenso pectus, sævis precordia flammis
 Tabescunt, mediis flagrant incendia venis,
 Et vagus in cunctos ardor diffunditur artus:
 Angores animum pulsant, mæstoque furore
 Corda pavent. Ah quam parva dulcedine tan-
 tam

Miscet amaritiem Venus, immitisque Cupido!
 Infelix quæ te dementia cœpit amator?

Cruda nimis magno das nutrimenta dolori,
 Candescis, furiose, nimis, mihi crede, nimisque
 Seria res amor est tibi, non hac arte fovendus.
 Flammam oleo jungis. Non hac feritate severa
 Fas est imbelles tibi debellare puellas.

Ipse tibi, male sane, noces, obstacula ponis

Ipse tibi, non hanc rivalis credito culpam.

Spernit rivales, bene sibi quærit amores.

Non hæc in facie gravitas, austeraque verba,

Quæque tuis addis recitans præconia factis,

Non hæc ambitio vultus, adductaque summa

Fronte supercilia, & parvis contraria jussis,

Quæque puellares spernunt fastidia curas,

Inspirant aliis quos tu tibi concipis ignes.

Muta animum, aut muta, si non potes illud,
 amorem,

Vel potius depone, aut mox extrema malorum

Turbatam vertet tibi desperatio mentem.

Mitior occiduas qua despicit Hesperus oras

Degit Amor, Modicos ubi Sol declivior æstus

Temperat, & grati demulcent æquora venti.

Heic densos inter lucos, nemus inter opacum

Nescio quid meditatur Amor: Venus ipsa pro-
 fundum

Nescio

Nescio quid volvens animo, & secreta retra-
ctans

Murmure ludentes tacito sedet inter Amores.

Lætitiâ nunc ore ferens, nunc lumina mœ-
stum

Dejiciens, variis miscet suspiria votis,

Multa animo, reputans, tacitoque in pectore
versans,

Nunc flores, non illud agens, nunc gramina
carpit,

Carptaque rejiciens, rursus rejecta resumit,

Et variis in ferta modis plicat, inque corollas

Consilii male certa sui. Mox surgit amatæ

Subducens sese, subito reditura cohorti,

Et relegit quondam missas ab Adonide chartas,

Aut alias signat, myrtisve inseribit amores,

Hinc blandum ridens dulci tamquam excita
somnia

Suaviter amplexus molles, atque oscula nato,

Jungit, & incumbit puerili longius ori.

Jam quibus, & quales cupiant accendere flam-
mas

Non sine consilio comitum, votisque Deorum

Constituunt. Nam rara Fides comitatur euntes,

Et tenui nullove nitens velamine Candor,

Nec quamvis duris cedens Constantia fatis,

Et Spes cum veris gaudens promittere falsa,

Et promptum Obsequium, studiumque insig-
ne placendi,

Et quæ vel licitis sunt grata Silentia furtis.

Pulchra manus comitum, lassus nisi languor
adesset,

Et

Et Dolor, & longæ tenuantes corpora Curae,
 Pallorisque metus genitrix, comitesq; dolorum
 Anxia sollicito Suspiria pectore ducta.

Hic postquam unanimi voto decreta Senatus
 Confirmans statuit binis dare cordibus ignem,
 Quem Sol occiduus cursu jam fessus anhelò
 Produxit, lentum quamvis flammaque mi-

Exigua, sed qui sese penetrabilibus imis

Inferat, & nulla restingui possit ab arte,

Ipse sibi longos præbens fomenta per annos:

Continuo cælo deterso concolor amnis

Inficit armatam gracili mucrone sagittam,

Intrima quæ cordis referet, penetrabilis imis

Offibus, & medias quæ tangat in osse medullas.

Hanc simul ac pectus tenui cum vulnere sensit,

Nativoque hausit victuras fomite flammæ

Nullò extinguendas posthac conamine flam-

mas,

Sensim intrat, sensim nutritur, ad intima sen-

sium

Serpit amor, primoque leves moderatior ignes

Suscitat, & vires tarde dum quærit eundo,

Infantes causas variis prætextibus addit,

Pectoraque arcanas nondum noscentia flam-

mas

Fallit amicitia specioso nomine, fallit

Nomine cognati, aut specie civilis honesti,

Quosve alios titulos occasio nata ministrat.

Post ubi jam nulla fervet medicabilis arte,

Et fibris solito flagrantior æstuat imis,

Tum demum se prodit amor, tum denique

vexat

Fru-

Et

Frustra obluctantes, & cum ratione furentes
Imbelles animas. Faciem tunc cogit amatam
Luminibus studio majori cernere fixis.

His etiam miscent incendia nata vapores
Quos à Sole tenent, quem nubila multa caden-
tem

Majori faciunt mortalibus orbe videri.
Non aliter quæcunque vident hoc lumina
fumo

Obsita, majori solito fulgore coruscant,
Inque ipso obtutu crescunt, augmentaque su-
munt,

Splendidiora nitent vero, & meliora videntur.
Hinc adeo niveas frontes, & eburnea colla,
Labra rosas credunt, atque alba corallia dentes,
Et dignos Phœbo crines, digitosque Lyæo,
Optandosque sinus Veneri, furasque Dianæ
Dignaque Semideis, desumptaque cætera
cælo.

Dumque adeo laudant, collaudanturque vi-
cissim,

Assumit vires, nec jam se continet ardor.
Jam puer infelix crescentes duplicat æstus,
Jam vultu, mœstisque oculis, atque ore fatetur,
Jam gemitus iterat, jam se male sentit amare,
Jam scit quid sit Amor, jam se miserabilis ipsum
Appellat miserum, jam fata incusat & astra.

O utinam illa meos saltim cognoscat amores,
Inquit, ut inde lubens moriar! Dum pugnat
amori,

Multa cupit, speratque parum, nil denique
poscit,

Cun-

Cuncta timet, spes ipse suas atque omnia
damnat.

Sæpe suo frustra solantia verba dolori

Dicit, & heu frustra medicinam in carmine
quærit.

Littera mox caræ perfert sua vota puellæ.

Ipseque jam sese genibus provolvit amatis,

Semper adoranti similis, semperque dolenti,

Dum lacrimas precibus votisque ardentibus
addit.

Nunc Venerem, facilesque vocans implorat
Amores,

Non audituro promittens munera cælo;

Numina mox iterum mittit, solamque puellam

Numinis instar habet, cui templa dicanda, vel
aras,

Ponendosque aris stolidè meditatur honores.

Totus in hac animus, solam hanc in pectore
ponit,

Huic se committit soli, præcordia soli

Huic referans, sensus animi & secreta revelat,

Huic soli servire cupit, mandataque poscit,

Quæ confecta suos illi testentur amores.

Jam se mancipium, contempto nomine servi,

Captivum jam se vocat, & sibi vincla, catenas;

Et mala nescio quæ non tam crudelia fingit.

Felices talis queis pectora mutus ardor

Conjuxit, nisi tanta fides ratione careret

Interdum, saperetque parum, curasque cietet;

Contemptam raro patiens requiescere mentem,

Atque infinitis metas imponere votis.

Ultimus ad gelidos Amor est torpentior Ar-

-ni Etos,

N

Ob-

Obtusoque vibrans albertia cuspide tela,
 Extremum lenta vix stringit arundine pectus.
 Et Venus exiguos fundens in membra tepores,
 Vix primos agitat sensus. Facit illa videri
 Nomine quos vero vix dicere fas sit amantes,
 Ast imitatores quos dicere fas sit amantum.
 Hi faciles laudant temere, luduntque puellas,
 Omnia promittunt alacres, manuscula mit-
 tunt,
 Obsequium parvis præstant, ad magna recusant,
 Irritaque in tenues jactant perjuriam ventos.
 Attamen interea læti comitantur euntes,
 Atque jocos lepidos miscent, & mellea verba,
 Nugantur, saltant, cantant, dextrasque pro-
 tero
 Conjuncti nexu ludunt pueriliter una,
 Et dant amplexus, & cum licet oscula figunt,
 Se faciunt quales libitum est, & mille figurant
 Ora modis, ipsumque imitantur Protea vultu.
 Nunc hos zelotypo credas ardore furentes,
 Nunc, indignanti si displicuisse puellæ
 Se videant, duro credas occumbere fato,
 Et jam velle mori, jam velle ad Tartara mitti.
 Si lubeat, cogunt oculos lacrumare peritos,
 Et varios animi turbati fingere vultus,
 Miscentes doctis suspiria mille querelis.
 Verum intus tranquilla quies, atque otia nullo
 Hac certe de parte gravi rumpenda tumultu.
 Non illis vigiles distendunt pectora curæ,
 Nec violat dulces pernox meditatio somnos,
 Ni mox verus amor (nam nil durabile fictum)
 Interiora suas adigat sub corda sagittas.

Interea reliquæ divum se juncta catervæ
 Sola vagabundos mendacia pone sequuntur,
 Et similes vero fingens Simulatio vultus,
 Discordesque agitans mala Diffidentia mentes,
 Et mutare novas levis Inconstantia sedes.

Haud quisquam illorum pectus mihi lædat

Amorum

Nec cæcas condat mea sub præcordia flammæ,
 Unus Amor Princeps turba præstantior omni
 Semi-Deum, divos inter numerandus, ad oras
 Rarius huc nostras cælo delabitur alto.

Juppiter hunc uno quo doctam Pallada partu
 Edidit, atque sibi vicina sede locavit.

Non illum liceat puerum dixisse, juventam
 Quamvis ore ferat. Non huic velamina visum
 Impediunt, stant signa oculatæ lumina mentis.

Non arcus gestat, crudelia tela, sagittas
 Vulneraque ignorat, nullo cor sauciat ictu.

Ignis inextinctus, Vestali sanctior ignis
 Incendit modico venas & corda calore,
 Vis illum secreta manet, cœlestis origo,
 Cœlestis virtus, ipsis diviniore astris.

Accedit divina Venus, Venus aurea, cestro
 Conspicua insigni, cui gratia, forma, venustas,
 Atque joci, & modicè miscentes falsa lepores,
 Et risus, lususque, & non damnanda Voluptas,
 Atque uno liceat rem totam dicere versu,
 Contentæ secum mentes debentur amantum.

Quam secretus amor, quanta est concordia
 divis!

Quam bene conveniunt, & mentes semper
 amicas

Congruaque unanimi conjungunt pectora
voto!

Ut se Philosophum præstat cum matre Cupido,
Ut docta ratione locos deducit in omnes
Argumenta, sacroque modum præscribit a-
mori!

Non hæc Socraticis cedit sapientia chartis:
Concordant istis doctæ præcepta Stagiræ,
Octavoque viri flammæ se prodere lustro,
Et quarto teneras faciunt ardere puellas.

Tunc cestum Venus alma, sacros tunc injicit
ignes,

Et non rumpendis sociat duo pectora vinclis.

Hæc vos KIRSTENI & felix DASSOVIA
injungunt;

Scilicet haud alios vobis fas pectus Amores
Tangere, non alios fas est accendere Pindum,
Et Musis miscere ignes. Venus una sacratas
Parnasso flammæ infert Permessidos undæ

Non extinguendis addunt nutrimina flammis.
Non illum fugiam reliquis inimicus Amorem.

Hos tibi felices, KIRSTENI comprecor ignes,
Et tibi laudandas grator, DASSOVIA, flammæ.

Quam vos læta quies, quam vos sincera vo-
luptas

Et tranquilla manet, contentæque otia vitæ!

Quam fortunatas vobis concordia mentes
Colligat unanimi nodo, quam semper eosdem
Cordibus & sanos sensus inspirat utrisque,
Et simul arcano connexa ligamine ducit
Pectora, qua virtus & qua Sapientia vertit.

Nempe eadem cupiunt, eademque precantur,
& horrent,

Et

Et paribus studiis, & eodem tempore motus
 Æquales capiunt, æquali tempore servant,
 Rectaque non rectis non sunt conformia veris
 Vera magis, quam quæ jungunt has fœdera
 mentes.

Fœdera sint æterna precor. Tu Rector O-
 lympi,

Qui cœlum Imperio premis, utraque fata gu-
 bernans,

Qui nutu subjecta foves, vel concutis uno;

Quo sine nec nostris casti nascuntur amores

Pectoribus, nec vera ligant connubia mentes,

Nec bene conjuncti ditantur prole parentes.

Te precor, hosce piis accensos cordibus ignes

Conserva, radiisque fovens, Pater alme, be-
 nignis,

Fac durare, tuo flagrantem nomine tædas.

Da precor, in feros KIRSTENIUS ardeat annos,

Ardeat in longam DASSOVIA læta senectam,

Tardaue felices impugnent funera flammæ.

Da parvæ Veneres, parvi nascantur Amores,

Qui te KIRSTENI, quæ te DASSOVIA vultu,

Reddentes, animis referant utrumque paren-
 tem,

Seraque vos faciant post funera sæpe renasci,

Et pulchra totum gaudere propagine mundum!

A D

THEODORUM ANKELMAN
HAMBURGENSEM,

*Cum impetratâ Heidelbergæ in utroque
Jure Licentiâ, una cum com-
muni Amico*

CHRISTIANO MARTINO
DORN,

Holsato, peregrinationi accingeretur.

IN Themidos sanctum Pindo plaudente Se-
natum

ANKELMANNUS eat, nodisque ligata resolvat
Jura suis, legumque sciens oracula pandat.
Et valitura ferat populo responsa petenti.

En tibi judicium Divæ, quam juris & æqui
Arbitrium penes omne manet, cui turba clien-
tum

Annuit, & vulgant decreta recentia Mystæ
Heidelbergenses. Constant sua gaudia Pindo,
Et Phœbus Phœbique comes pia turba so-
rorum

Certatim tua templa, Themî, & tua festa fre-
quentant

ANKELMANNE, novosque tibi gratantur
honores,

Seria conjuncto testantes gaudia plausu.
Gaudia quæ Divis, & quæ, dulcissime DORNI,

In-

Invideam tibi soli, unum nisi pectus utrisque
Jamdudum foret, & tibi quem præsentia & ar-
ctus

Auget amor, spatii idem transmissus iniquis
Quam libet, in nostro geminaret pectore sensus.

Ravior his etiam præsens Venus aurea festis
Advolat, & præbet puerilibus omina votis,
Inspicatque faces hilari cum matre Cupido,
Ipsa decus formæ solito studiosior addit,
Mores qui placeant, gestum qui possit amari
Fingit, & auratum, ne quid sibi desit, adaptat
Ipsa manu cestum, qui formam, animumque
ministret,

Verbaq; queis functo studiis commendet Amico
Se puerumque suum. Sed jam sacraria pandens
Intima, & attentis relegens mysteria divis,
Fatidicæ Themidos, doctique oracula Phoebi
Promit Atlantiades: & qua ducendus in orbem
ANKELMANNUS eat; quam se duce salvus
ad aulam

Commigrare suam, cultosque videre Batavos
Debeat, & nullo jungendos ponte Britannos,
Inde virum lætis Gallorum destinat oris,
Et tandem quacunque patet Germania, multis
Casibus, & variâ per tædia longa viarum
Fortunâ, incolumem tamen, & comitante fideli
Felicem socio, (quo bina cubilia Solis
Aut Arabas, vel utrumque Polum non cuncter
adire,)

Deductum, patriis reddit feliciter oris.

Hic Tibi, chare, Deum munus, pulcherrima
claro

Stemmata nympha gravi sese cum dote re-
 fervat,

Quam tibi Magna Venus lecto sociare jugali
 Tendit, & in feros dat amare fideliter annos.

Sic ait, & promptis jam dum talaria plantis
 Nectit, iterque vias properat sociare per omnes
 I felix, comes i felix, dulcissime DORNÏ,
 Quo vos fata vocant: & seu nos Rhenus in al-
 tum

Oceanum multis gravidus qua proruit undis,
 Seu Liger, aut Tamefis, vel quam nunc, Se-
 quana, pote,

Barbaricave rigans Ister violentior Urbes,
 Aut variis demum præcingens tempore cannis
 Albis, & usque tuas contemnens, Alstria, lym-
 phas

Nymphis, Billa tuis ripisque superbus amoenis,
 Nos iterum nobis, & nostris reddet ovantes;

(Quæ mihi quæ totis lux optatissima seclis
 Gravior existet,) Quam tunc nos fronte ferena
 Amplexus inter dulces, atque oscula læti,
 Missa per absentum communia gaudia mentes
 Fraternosque iterum coram jungemus amores
 Rectius, unitis geminantes omina votis!

LACRUMÆ

A D

GODOFREDUM MELMIUM
DUSSELDORPIO-MONTANUMPh. & Med.D. Illustrissimi ac Celsissimi
Principis Neoburgici Medicum Aulicum,
& Patriæ suæ Archiatrum, Physicum
& Polytriaturum felicissimum*In funere*

CATHARINÆ MELMIÆ

Sororis dum vivebat, carissimæ,

P R Æ F A T I O.

JAm ferme totum, Sol circumvolvitur annum,

Ex quo nulla mihi Musa vocata fuit.

Sive vocata fuit (memini nam forte rogatam

In Themidos laudes,) frustra vocata fuit.

Ergo vale, dixi, quondam carissima nobis

Quæ canis in doctis turba novena jugis.

Si Themis est odio vobis, at semper amatum

Præ cunctis vobis hoc mihi numen erit.

Conticuere Deæ, tenuitque silentia Pindus,

Nec revocare mihi numina læsa fuit,

Donec an inferias, & funera mœsta sororis

Pro solito Pindi convoco more tuæ.

Annuit antiquos renovans mea Musa vigores

Et verbis nostris promptior ipsa fuit.

N 5

Sponte

Sponte sua versus, neglectaque plectra resu-
mens,

Officiosa mihi triste peregit opus.
Sive tuis, rara seu virginitate sororis
Conspicuae meritis hoc mea Musa dedit.
Hoc precor, ut quia nunc olim quae ferre solebas
Latior ad nostros non licet ora modos.
At quantum fas est excusso è pectore luctu,
Fronte serenata carmina mœsta legas.

L A C R U M Æ.

ET indolere me doloribus MELMI
Tuis, bonisque, publicisque nunc verbis
Ornare fas sit hoc sororium funus.
Etenim fateri si mihi licet verum,
Querulaque voce mentis intimae sensus
Proferre: non jam dixerim tibi, MELMI,
Tuus ne, proprius ne nunc magis luctus
Venis tepentem sanguinem gelu figat,
Animumque menti, & spiritum neget membris.
Uterque certe pectus occupat totum,
Geminumque mœsto corde sentio luctum.
Et vero, MELMI, si tuo meum pectus
Sic separari possit, ut tuo possit
Contrarios, ac dispares pati sensus,
Non mente sanâ, corde non forem dignus.
Jam quid beatæ virginis decus cantem
Virtute partum, quam domesticus quondam
Testis filere nolo, nec loqui possum
Immane tristis, heu! doloris augmentum!
Ne multa dicam, (nunc quod impedit luctus)

Me.

Meritisque quamquam, & teste vel Deo veris
 Manes modestos laudibus gravem longis,
 Hoc proferam unum verbuloque defungar.

CATHARINA nomen omini suo junxit.

Et vera puritatis integræ norma

Vixit, suoque comprobavit exemplo

Hoc quod ferebant fortis incolæ Spartæ,

Generosa nullis corda protegi muris.

Non ergo claustris nostra, non feris digna

Caveâ, nec altos inter abdita est muros.

Coacta virtus, & licentiam ferre

Inepta, sæpe carcere indiget clauso,

Et labis intus conscium suæ pectus,

Metuensque, propugnaculum putat muros.

At Christiana mens, & intima secum

Virtute tutum, prorsus unicum CHRISTUM

Obtendit, æs & robur optimum cordi.

Custode solo hoc fata quos dabant annos

CATHARINA vixit, & modestia summa,

Pietate summa, Numini, & bonis vixit,

Satisque fecit, donec impigram curis

Domesticis, laboribusque consuetis

Studio vacantem sedulo puellari,

Monuit subire, quod diebus hinc paucis

Subiit citatum mente mascula fatum.

Hanc flemus uno, plangimusque nunc uno

Dolore MELMI, sed dolore condignò,

Qualisque fato convenit pio functis,

Qualisque debet esse Christianorum,

Quos, nocte quamvis dormiant inæquali,

Tamen lux una mox beat resurgentes.

PRODROMUS TRIUMPHI

F A M Æ

JOHANNIS FRIDERICI
GRONOVII,

J. U. D. & P. P. Lugduni Batavorum,

In Parnasso decreti.

GRONOVIANÆ tot laboribus doctis
 Scitisque scriptis fat superque spectatæ
 Famæ, triumphum gloria perennanti
 Post fata, tardatque funeris metam
 Qua rite ritu ducat, atque condigna
 Æternitati tradat inclytæ pompa,
 Et posteris nepotibusque commendet,
 Jam mente dudum quærit anxia Phœbus,
 Dubiusque magna lite disputat Pindus.

Quivis Deorum nempe, quæque Divarum,
 Queis docta templa, verticesque Parnassi,
 Sacræque laurus, ac amabiles luci,
 Dulcesque lymphæ Pegaseii fontis,
 Versusque molles, litteræque sunt cordi,
 Hic esse primas postulat suas partes,
 Suasque nolit esse quisque postremas.

Non ergo vulgo quæ solent adornantur,
 Titulive vani, laureæve communes,
 Indigna ferri dona mentibus tantis:
 Inulitata, parciusque collata
 Animisque plebis haud habentibus quidquam,

Illustrioribusque mentibus digna
 Parantur, & quæ displicere non possint
 Divis, & ipsi grata quæ forent Phœbo.

Quam sancta lux est! Quantus ille Parnassi
 Chorique sacri lucet entheus fufgor!

Quam magna, pulchra, quamque digna te
 cuncta

Surgunt, GRONOVII: Quanta stat colum-
 narum

Series, & alta fulcra, digna vel coelo,
 Titulis, tuisque laudibus sacris chartis,

Gemmis & auro dignioribus chartis,
 Sculptisque depictisque vultibus præbent:

Et nomen arcus evehunt triumphales.
 Astrisque sese contrahentibus condunt.

Quis cuncta dicat, exprimatve quis fando,
 Quæ vota, quanti templa compleant plausus,

Quibusque numquam finienda lux tantis
 Requiritur laudibus recensendis?

Quidquid Vetustas doctioribus seclis
 Seu Graja, sive vidit usque Romana

Vatum bonorum, sive nuda qui vera
 Sermone docto posteris reliquerunt,

Hoc occupari nuuc GRONOVIO cernas.
 Nec ullus alta tantus eminet turba,

Adscribat ipse quin suæ lubens famæ
 GRONOVIANO nomini suam partem,

Et à tenebris vindicare quin pergat,
 Illum, sagaci qui removerat mente

Tantum libellis optimis tenebrarum,
 Et secla longa quas adauxerant labe,

Et imperitæ duplicaverant dextræ.

O si diferta vox, & aureus sermo
 Et copiosus nunc mihi redundaret,
 Sacerque fons rigaret aridam venam!
 Stylo GRONOVII pingeris antiquo,
 Ascraeus olim, Mæoniufve quo Vates
 Vel orbe docto cognitus Maro toto,
 Aut Tullius Demosthenefve scribebant.

Hi nempe cuncti, quosque proximos tantis
 Sedere leges ordinant sacræ Pindi,
 Tuis, GRONOVII, laudibus, tua fama
 Operosa lassant ora docta certatim.

Salve, GRONOVII, lucidum refulgentis
 Decus Lyccæi, quo nec adspicit majus,
 Nec docta cui par tota novit Europa:
 Doctrina cujus omne quod vetustatis
 Grajæve Romanæve restat, exhaustit,
 Tibicen, & columna litteraturæ
 Alias ruentis, eruditior nemo
 Quo possit alter esse, magisve sincerus
 Verè elegantis elegantiaë doctor,
 Humaniusve humanitatis exemplar,
 Præcepta pulchra moribus probans rectis,
 Socianfque verba magna maximæ menti.

Quam te, Sorores testor hoc novem doctas,
 Ipsumque Phoebum, quam te desero prorsus
 Invitus, & silentio & colens tristi
 Taciturnitate, fulgidissimum lumen
 Vitutis, admirabilisqve doctrinaë,
 Fastu decoro, debitoque splendore
 Orationis impotens adæquare.

Quod si quid olim, si licebit, ô Phœbe,
 Quam, tunc cothurno celsior Sophocleo

Gradiar, GRONOVII, & concinens tuas laudes
Dicabo totos nomini tuo Soles.

At nunc inertis conscius mihi Musæ

En delicatis auribus tuis parco,

Dum quod canendum restat oppido magnum;

(Si quidem, quod opto, quodque corde nunc
toto,

Ardentioribusque comprecor votis,

Valere quidquam det benignius numen,

Nec ferre spem det hanc volucris ventis,)

Quondam Camæna doctiore pangendum

Fluentiori destinamus hoc venæ,

Perfectiori destinamus hoc arti,

Maturiori destinamus ætati.

PIA VOTA

Fratri carissimo, & honoratissimo

JOHANNI PLACCIO

Laurum Medicam

*In Academia Electorali Dugsburgensi
oblatam acceptanti.*

Post longas sic ergo moras, dulcissime;
tandem

Te, Germane, tuus tamen exoravit Apollo;
Persuasitque sacra præcingere tempora lauro,

Et doctas ornare comas, pectusque modestum

Plus nimio jussit titulis adsuescere dignis

Doctorumque choro sese sociare medentum,

Ex

Ex meritis, Germane, tuis, quæ numina Pindi
 Jam dudum resonare docent, in carmina fylvas
 Cogentes, & laude tua laureta notantes,
 Majores tecum semper sumptura vigores,
 Et latis auctura perennia nomina fulcis.

At nunc imprimis, festæ solemnia lucis
 Dum tua sacra vocant, largis Heliconâ fatigant
 Cantibus, atque tuas non uno nomine dotes
 Concelebrant, & digna bonæ præconia mentis
 Ætatem perferre jubent, & crescere seclis.

Hoc Chorus Aonidum, Charitesque, & Pal-
 las, & omnis

Parnassi divina manus molimine magno
 Hoc agit, exemplisque bonis accenditur ardor
 Cantantum, atque artis, Phœbeæ jura cientum.
 Tum Phœbus, veros ubi jam se poscere plausus
 Audiit, optatoque moras non amplius ullas
 Officio superesse suo perspexit, amicis
 Numinibus, doctisque Deum cultoribus addit
 Se socium: dux inde viam dum monstrat eundo,
 Vertitur, obscuro qua se sacraria luco
 Implicitis condunt adytis. Reverentia magnâ
 Relligione locum longis ab origine seclis
 Induit, & densis terrorem admiscuit umbris.
 Montis inaccessus sublimi vertice clivus
 Assurgens terris sese subducit, & alto
 Nubibus emergens superatis tollit Olympo.
 Radices subtus vario curvamine latè
 Labentes liquidæ fontis Permessidos undæ
 Defendunt, plebique arcent, turbamque pro-
 fanam

Illotis prohibent vestigia ponere plantis.

Planities suprema tenens, non arcta, nec ampla,
 Despicit affusos, & Majestate decora
 Ornat adorantes humili moderamine valles.
 Possit & illa latens quamvis excelsa vocari,
 Undique dum densæ conferta cacumina lauri
 Subducunt oculis soles, imitamine docto
 In nova formantes dubiæ crepuscula lucis.
 In medio auratis stant ænea tecta columnis,
 Ardentesque fovent æternis ignibus aras,
 Quæ circum fufas dirimentes luce tenebras
 Augustos aditus venerando lumine complent,
 Inspirantque metum, & præsens agnoscere
 numen

Cogentes, cultus magna formidine pueros,
 Præcipiunt, pulsantque arcano corda pavore.
 Sola patent doctis sanctissima limina divis,
 Quos magni Heroum circumstant undique
 Manes,

Et quas doctrina, aut virtus accedere famâ
 Jam non mortales dedit immortalibus umbras.
 Cætera turba fores, atque atria longa frequentat
 Eminus, & flexis genibus veneranter adorat.
 Huc properat Phœbus, valvisque patentibus
 altis

Excipitur tectis, hinc celsâ sede repostus
 Cultum accepturus venientum, & vota fe-
 rentum,
 Clarior ipse suis folio supereminet aris.
 Ut primi cultus, & cessavere ruentum,
 In pia vota, precesque intensa voce tumultus,
 Omnibus ecce novus præstringit lumina fulgor,
 Majoresque vomunt solitis altaria flammis:

Et

Et diffusa solo postes innoxia scandunt,
 Festaque se totis spargunt incendia tectis.
 Accipimus faustum, ô Superi, atque agnosci-
 mus omen

Phœbus ait: celerique gradu, non plura locutus,
 Qua sese arcano condit cortina recessu,
 Et foli referenda patent sacraria Phœbo,
 Festinat, dextraque apportans nobile fertum
 Exhibet, & mediâ spectandum luce reponit.

Enthea mirandis laurus variata figuris
 Non vulgaris erat, foliis ornata superbis,
 Frondiferisque comis, & floribus obsita pul-
 chris,

Non immaturis & foecundissima baccis.
 Seu sancti natura loci divinior illam
 Seu Superum jussere manus formare coronam,
 Multaque fatidicis foliorum pandere fibris,
 Magnaque ramoso prætexere nomina flexu,
 Et lævi nutrire inscriptos cortice versus.
 Scilicet hic doctis per tot jam tempora curis,
 Atque tot annorum spatiis quæsitâ, tot oris,
 Ingenioque inventa tuo, Germane, leguntur
 Plurima, quæ novisse olim studiosa labore
 Posteritas, serique, habeant discenda nepotes.
 Hic nulli cessura Scholæ se JULIA jactat,
 Testaturque tuos celebris PHILURÆA labores,
 Atque Antenorei stant signa superba PATAVI
 Frondosis efficta notis: juxtaque refulgent.
 Nomina clara Virûm tibi qui Phœbea petenti
 Culmina, prælato monstrarunt lumine calles
 Arcanos, postquam matura morte peremptum
 Hic lugenda etiam fata invidere parentem.

Mille alia arreptos procul effugientia sensus
 Signa, secuturos olim testantur honores,
 Et fortis memorant felicia fata futuræ.

Dumque ea spectantum curas & lumina fi-
 gunt,

Dum tenet attonitos pulcherrima laurea Divos:
 Talis, Phœbus ait, cultoribus ardua nostris
 Laurea debetur, nostrâ quos voce citatos
 Sæpius, inque suas laudes in parta vocatos
 Præmia, nunc animus vani contemptor honoris,
 Et nimis, ah juvenum nunc rara modestia
 menti,

Discendive fatis non commendabilis ardor
 In serum titulos suasit differre paratos.

Nempe suas habeant, quos importuna cupido,
 Atque excusandus juvenili in pectore fervor
 Vix spe præmeritas, nullo præbente petitas
 Nondum maturas, nec læta fronde virentes
 Invitasque adigunt in tempora cogere lauros
 At queis longa dies, queis experientia multis,
 Et variis quæsitæ viis, & mille periclis

Confirmans præcepta artis solidavit ab annis,
 Oblatamque ultro, aut majorum more petitam
 Acceptare dedit Parnasso iudice laurum:

Illis perpetuo cum flore, tumentia baccis
 Serta damus matura, manu nunc qualia nostrâ
 Accipit, en, decorique suo jam PLACCIUS
 hic est.

Hunc mecum celebrate precor, quæ Numina
 Pindus,

Quosque sibi manes doctos Medicina faventes
 Heic habet, nostro vocem conjungite plectro.

Sic

Sic ait, & citharam divinis cantibus aptat,
 Docta sonaturas properans adducere chordas.
 Exoritur plausus, festivaque gaudia totis
 Ingeminant tectis, vasti gratantia Pindi
 Felices pia vota ferunt per culmina cantus.
 Accedunt promptæ tumulis felicibus umbræ
 Compositæ, doctoque locati vertice Manes,
 Quis olim vivis magnæ medicamina curæ
 Semper erant, eademque manet mens docta sepultis.

Crescere quæ Medicam non invidiosa cohortem
 Hoc membro lætata manus, frondentibus aris
 Hi flores, alii sylvis fragmenta beatis
 Carpta, perennanti nectunt nova ferta coronæ.
 Imprimis, Germane, tui studiosa decoris
 Non humiles umbras inter, non ima medentum
 Gloria cui quondam fuerat dignata salutem
 Hamburgum mandare suam, dum vita manebat,

Nunc per te victura tibi cognominis Umbra
 (Sit tamen heic etiam, sit fas meminisse) Parentis,

Accelerans, plenis fert candida lilia dextris,
 Atque exauditis testatur gaudia votis,
 Gaudia, quæ cineres recreent tellure sub imâ,
 Mortua quæ moto pertentent ossa sepulchro.
 Aonidum interea læta recinente caterva,
 Laurigera doctum ducens testudine plectrum
 In cantus Thymbræus agit, quod ubique
 Deorum est,

Utraque qua sese tollit Parnassia rupes,
 Et Cirrham tegit, & subjectos undique valles,

Et

Et sortes, Germane, tuas, & prospera fata
 Non interruptis vicibus connexa, nec ullis
 Te radiis posthac umquam ad spectura sinistris
 Astra legit, laudesque tuas attollit Olympo,
 Et seram spondens in postera secula famam,
 Sollicitat doctas, & respondere paratas,
 Et satis assuetas, in grandia carmina sylvas.

Non ego neglecta jam me fugiente Camœna
 Hæc repetam, non hæc fugientem in carmina
 poscam,

Laudatorque tui nimis invidiosus honoris,
 Et media pro parte mei (communia fratrum
 Cuncta putans) ausim luces numerare Minervæ
 Et seras Phœbo vigilatas dicere noctes.

Nec tibi lecta canam, spinosive eruta curis,
 Quæ data, sed multis ceu non data prisca reliquit
 Romanis Grajive libris obscura vetustas.

Parco verecundo nimium, Germane, pudori.
 Parco tuo, pariterque meo, quem lædere quam-
 vis

Parva solent, & nota suo præconia vero,
 Nec minus hæc ideo peragentur, & ora canora
 Tot Vatum te mecum una, Germane, filebunt.
 Non finat hoc Pindus; qui dum doctrina mo-
 destos

Inveniet, nulla dumque ambitione tumentes
 Ars dabit artifices, dum proferet improba
 Virtus

Magnanimos, factisque suis sine laude beatos,
 Addet & invitis qui tempora digna coronent,
 Et non quæsito tollant ad sidera fastu,
 Altius hoc, quo tarda magis se prodidit ipsam
 Per-

Perficiens, studioque recondens Inclita Virtus.
 Non secus ac fulcis recte mandata profundis
 Serius injecta eluctantur semina terrâ,
 Ast ubi comprehensa teneant radice, suoque
 Stipite se fundent, superas nituntur in auras
 Vi suffulta suâ, vicinaque gramina celfo
 Vertice despiciunt, nec curant ætheris iras,
 Egelidum Jovem, tempestatumque potentem
 Hippotaden sævos miscentem grandine nim-
 bos.

Vel potius flammam videas ut forte sepultam
 Intus materiem quæ versat, & abdita secum
 Incendens movet, atque rapit, spiramina clau-
 dens

Sæpe suâ, & proprias frangens sibi noxia vires :
 Quæ postquam largo nutrimine fortior, omnes
 Perfregit, fecitque vias, aditusque patentes,
 Proruit, & flagrante polo se vertice tollens,
 Verberat obstantes agitata valentior auras.
 Non aliter, Germane, Tuæ præconia famæ
 Hactenus haud ullis votis quæsitâ, sed usque
 (Non secus ac summum foret inclarescere cri-
 men)

Affiduo Studio tectis damnata latebris,
 Ore olim celebrata diserto, & divite vena
 Materies Vatum surgent optata, tuumque
 Ni pergas celare nimis, quod deprecor, ipsi
 Parnassi proceres tollent ad sidera nomen.

Ast ego, quem connata vetant, æternaque
 jura

A propria, Germane, tuam distinguere sortem,
 Quemque pares tecum & communes carpere
 sensus

Lætitia, vel quod nolint bona fata, doloris,
 Sancta fides, pietasque jubent, solvendaque
 numquam

Vincula, communi quæ ductus origine sanguis
 Texuit, & non his probitas, non indiga virtus
 Subsidiis numquam violando junxit amore:

Quæ tibi nunc bona verba feram? Solennia
 plausu

Quo tuo festa beëm, postquam laudare me-
 rentem

Ipse vetas, digitoque invisa silentia suades.

Non tamen hæc servem, frater dulcissime, non
 hæc

Permittit tam festa dies; jam sentio, Frater,
 Sentio, quæ nostras deposcant carmina curas,
 Quæ discessuram valeant tardare Camœnam.

Jam taceo laudes; Non hic incredibile livor,
 Quod carpas erit, aut metuas, formidine cæcâ,
 Ne quid justus amor, fraternaue gratia vero
 Adjiciat, cui vix dignum superaddere quid-
 quam

Docta Meletéis valeant præconia chartis.

Nec quas lætitia merito laxamus habenas

Nunc ego decantans operoso carmine dicam:

Mutuus & perspectus amor nil teste papyro

Indiget, & vel se mutus commendat amanti,

Et similes gemino describens pectore sensus

Non aliis signis, non verbis indiget amplis.

Denique nec varia pietas in imagine formas

Multum olim dilecta meæ ludibria menti

Nunc revocare vacat: postquam vaga nubila

rerum

In

In plenum cessere diem, fraternaque tandem
 Gaudia non ficto recreant mea viscera motu,
 Scilicet hic umbræ, hic lufus, hic somnia ces-
 fant,

Et cessant fictæ veri simulacra figuræ,

Et verus penetrat præcordia ad intima sensus:

Hoc igitur solum nobis quod restat, agamus,

Dulce decus, Germane, meum: pia vota, pre-
 cesque

Nunc etiam sociemus. Amant bona numina
 junctas

Concordesque preces, & amantes numina fra-
 tres.

Unanimés ergo tollamus ad æthera palmas,

Et mentes, atque ora simul tollamus Olympo,

Immensasque Deo grates, laudesque feramus,

Auxilio cujus nunc contigit esse beatos

Præteritis, rebusque aptemus vota futuris.

Æternum celebrande Deus, qui cuncta tre-
 mendo

Concutis imperio, qui Majestate verenda,

Æterni convexa poli, numerosaque comples

Sidera, concessumque agris mortalibus orbem,

Naturæque vices, fatique arcana gubernans,

Non dubio volvis momenta perennia motu.

Te sine nil, venerande Parens, mens inchoat
 altum,

Prosequitur, finitque nihil. Tu solus in omnes

Impellisve rapisve ausus. Tua gloria, si quid

Te dignum, nostra si quid memorabile mente,

Vel verbis, factisve piis cum laude paratur.

Tu postquam patriis juvenes excedere tectis,

Octa-

Octavamque hyemen, toties jam messe peracta
Jussisti peregre diversis degere fatis:

Casibus ah quantis, ah quot, quantisque periculis

Nunc ambos una, nunc per discreta vagantes

Ceu fors, ceu studii ratio diversa ferebat,

Ereptos, huc usque tuo, Pater optime, fretos

Auxilio durare jubes, fatisque benignis,

(Sic voveo,) & placidæ nos adservare quieti.

Quas tibi condignas, toto si corde velimus,

Pro tot muneribus possimus reddere grates?

Nil tibi sufficiat. Totum quod reddimus, illud

Acceptum Tibi nempe uni, folique ferendum
est.

Hoc igitur, quodcunque dedit tua gratia nobis,

Munere quodque tuo nostrum est, quodcunque
tenemus,

Reddimus, impertisque tuis ex assè dicamus.

Tu ne sperne precor, sed conservare memento

Summe pater, tibi victuras cum corpore men-
tes.

Nempe tibi propriæ sunt, pars quotacunque
bonorum

Atque domus, Pater alme, tuæ. Tu, quæso,
potenter

Rem tutare tuam: turbæ defende nocenti,

Atque orna, decorique novum decus insuper
adde

Perpetuo, cumulaque piis pia pectora donis.

Da faciles cursus fatorum, & mollia surgant

Tempora, da reditus dulces, patriamque videre

Pacatam, clarosque focos, salvosque penates.

Binaque da viduæ redeamus gaudia matri

Expectata diu. Da lætis sanguine juncti
 Incolumes, fidiq̄ue una gratentur amici,
 Præteritosque dies, atque aspera multa viarum
 Sæpius, & dubiæ superata pericula fortis,
 Atque exantlatos possint meminisse labores.
 Sic Tibi, tranquillæ peragentes otia vitæ,
 Vivamusque bonis, donec tua gratia nobis
 Hic indulta fatis, nil jam telluris egentes,
 Nil cupidos mundi, toto tibi tempore prom-
 ptos,

Spemque imperfectam vitæ melioris alentes,
 Sanctorum summo socios adscribat Olympo.
 Hic æterna quies, & mens purissima nullis
 Corporis impedienda malis, perspectaque plenis
 Luminibus, soli mysteria cognita cœlo
 Hactenus, æternis magnum & venerabile Nu-
 men
 Laudibus, æternisque dabunt celebrare trium-
 phis.

SOTERION VOTIVUM
 DEO TRINO ET UNO

Pro salute toties olim, & nunc denuo
 restituta, & hactenus clementer con-
 servata, ac imposterum conser-
 vanda, dicatum.

T Andem Magne DEUS, mundi mirabile
 Numen,
 Productum Verbo, Verbi qui viribus
 orbem

Con-

Conservas, verboque tuo nutuque gubernas,
Te quoque dicemus. Tibi post tot vana la-
borum,

Et male consumptos ad inania ludicra versus,
Carminis extremas sit fas impendere curas.

Indigno sic ore licet, licet impare venâ;
(Namque Tibi sperare nefas par dicere quid-
quam)

Ast animo magno, & magno cantaberis ausu.

Tu modo quem quondam Dominum co-
gnoscere solum

Nomine terrifico servi poteramus inertes,
Aut animo Regem timido trepidare severum,
Nunc tua quod nobis indulsit gratia, blandum
Possumus ingenti solamine ferre parentem

* Et salva pietate Deum quoque dicere fratrem.
Tu mundique hominumque Parens, ac alme
Creator,

Et tu sancte puer, dulcissime frater, J E S U,
Et tu præ reliquis Sanctus qui Spiritus audis,
Quod Trinum colimus (mysteria!) Numen in
Uno.

Te precor, esto mihi præsens, auctorque ca-
nendi,

Tu nostros moderare modos, Tu pectora sensis
Imple piis, sensisque piis pia verba ministra.

At vos, o ficti, jocularia numina, divi,
Et vos ollares, & nil nisi nomina, divæ,
Stultitiâ quondam nimium mihi culta protervâ
Non mihi nunc votis umquam revocanda va-
lete.

O 2 Nul-

(* Hebr. 2. v. 12.)

Nulla mihi posthac tam coecam nubila mentem

Obfuscent, & nulla mihi tam dira libido
Cantandi veniat, rabiesve insana furores
Concitet amentes, ut verâ numina voce
Ficta colam, studiove vocem succensus inani
Non audituros me vel mea carmina divos,
Non adjuturas me vel mea carmina divas.

Nec vos nunc etiam, studiorum emblemata,
Musæ,

Et Te Phœbe, tuo doctas qui nomine signas
Ingenii dotes, animique inventa sagacis
Tu, Pallas, quæ flava notas, artesque figuras,
Non ego nunc dignos in carmina sancta furores
Exoptans, vestrum auxilium, vestrosque fa-
vores

Quantumvis alias concessa voce ciebo.

Non hic ingenio locus est, vel si quis & hic est,
Non proprius, non amplius erit. Nec pervia
nostris

Sensibus hæc: nec quod canimus penetrabile
menti est,

Aut arti cedit, studiove attingitur ullo.

Hic animus subsistit, & hæc qua parte vigemus
Quaque homines sola sumus, hic se deserit, & se
Dum quærit, nimis ipsa fugit miseranda, fu-
gatque,

Nec sese inveniens ratio rationis egena,

Non capit obtuso cœli mysteria sensu.

Sancta canam, divina canam, procul omne
profanum

Absit, & ex animo cantantis & exulet ore,

Ter-

Terrenum quodcunque sapit terræque ma-
gistros.

Scilicet humanos fugiunt cœlestia sensus,

Atque infinitum finito pectore Numen

Haud umquam capietur. Amant purissima
puros,

Nec nisi lustratis hæc se secreta revelant,

Nec nisi bis natos Subeunt mysteria sensus.

Quin nemo celebrare queat, vel voce probanda

Compellare Deum CHRISTUM, dominum-
que vocare

Ingenio quantum docto vel carmine præstet;

Ni sacra se cœlo Sapientia missa supremo

a Infundat, valido convertens pectora motu

Diffimilesque sui mentes, novaque ore figurans,

Ipse potestatem cantandi talia donet,

Inque Deum Deus ipse ferat, linguamque gu-
bernet

Spiritus, & cœlo veniens dimissus ab alto

Se totum inspirans animis, terrena beatis

Separat, & solidis distinguat inania curis,

Et numen solito præsentius inferat imis

Cordibus, impulsuque animos graviore fati-
gans,

Digna sonaturo tam grandia verba ministret.

Hæc precor, hæc, Venerande Parens, Sa-
pientia sese

Infanti mihi pandat, hic arida sanctus inundet

Spiritus ora mihi, & sacratio corda liquore

b Irroret, qui sede tua divinus, & illi

O 3

Con-

a 1. Corinth. 12. v. 3. *b* Apocal. c. ult. v. 1. &

seqq.

Conjuncta qui sede sacra crystallinus Agni
 Exit, & in totam sanctorum labitur urbem.
 Sic tua jacta meo bona semina corde feraci.
 Hoc succo macerata Tuo, radice profunda
 Figantur, teneantque solo, & nutrimentum eodem
 Accipiant, & mox sublato vertice terras
 Despiciant, cœlique sacras tollantur in auras.
 Et cum centeno redeant, foecundaque fructus
 Dent tibi, dentque tuis, cunctisque volentibus
 umbras.

Sic ego divino cantandi concitus æstu,
 Arcanis stimulis, sanctisque furoribus actus,
 Et Tua facta canens foecundo carmine, quali
 Jessæus, vel si quis adhuc facundior illo,
 Dignè cuncta Tuo pandam miracula mundo.

Sed quorsum miserandus ego, quorsum fe-
 ror, aut quo

Me nullo vectante levo? Mens scilicet intus
 Ardescens fervore pio, spiramina flammis
 Ipsa suis addens volucres se tollit ad auras,
 Et vires superare suas nimis ardua tentans,
 Heu nimio commota canendi fluctuat æstu.
 Quo mens cæca ruis, quo te vagus abripit error?
 Immenso tam parva paras committere ponto
 Carbasâ, tam fragiles remos, temeraria, cymba
 Tam lacera pelagone audes incumbere tanto?
 Quo properes nescis: si te committis aperto
 In scopulos, brevia & syrtes, avidamque Cha-
 rybdiin

Qua te ventus & unda ferent rapiere; nec ulla
 Arslatebras, peritura nec ulla brachia vires,

Au-

Auxiliumve preces, nec habebunt vela recur-
 sum.
 Si sapiſ, ô nimium turgentia contrahe vela,
 Contrahe, nec temere ſecuros deſere portus.
 Aut notis vicina ſequens lege littora terris,
 Quo fundum tereti poſſis contingere conto,
 Et ratis undosæ curſus inhibere volantes,
 Et quoties libet è ſicco ridere procellas,
 Quo mens cæca volas? ad te, temeraria, tandem
 Ad te quaſo redi. Tenui tam grandia voce
 Improba, & hac arente uberrima munera vena,
 Oreque formato terræ cœleſtia luto
 Tunc canes: immenſum, imperſcrutabile Nu-
 men
 Meſura, numeroque modoque carentia, re-
 rum
 Natura trepidante, dedit quæ plurima terris
 Omnibus, & prima longis ab origine ſæclis
 Infidæ quamvis miracula cernere genti?
 Non ea ſi totus conetur dicere mundus
 Et quidquid linguis valet, & quod ubique di-
 fertum eſt,
 Et cœli cœlorum, & quod ſupereminet illa,
 Sufficiant finem tantis imponere cœptis:
 Aſſiduo quamvis ſtudio, nullaque quiete
 Interrumpendo confundant ſæcula cantu.
 Scilicet ante dies & mundi finiet ævum,
 Succumbenſque oneri moles operoſa labafcet,
 Quam minima vel parte queant miracula
 magni
 Numinis immenſa, & primas abſolvere curas.
 Sit labor hic etiam curſus inhibere volantes,

Qua fas est, viresque finunt, pia vota sequamur,
Sufficiat dixisse aliquid. Quotacunque bono-
rum

Infinitorum, Majestatisque supremæ
Pars, animis nostris, & nostris viribus æqua est.
Hic etiam voluisse fat est. Quin ipsa voluntas
Humanas vires, hominum molimina supra est,
Et soli referenda Deo: quo pectora nostra
Vitam omnem inspirante vigent, animique
calescunt,

Est Deus in nobis; miseri, quid quærimus extra,
Quem jam visceribus nostris, animisque tene-
mus?

Est Deus in nobis, agitataque pectora pulsat
Arcana virtute sua. Virtute benigna
Illius, inque illo nos vivimus, atque movemur,
Atque sumus quodcunque sumus. Te spiritus
artus

Hos auctore fovet, Te membra jubente relin-
quet,

Et tacito fracti requiescent corpore sensus:
Non tamen ante mihi, quam solo hoc fine
creato

Ore Tibi, Pater alme, & grato pectore laudes
Quas meditor, liceatque pias absolvere curas.
Hæc maneat, memorande Deus, Tua magna
voluntas,

Si fas est, si jam nec longa, nec ardua quæro,
Denique si concessa peto, caligine mentis
Nec folia occæcatus iniquis ætuo votis.

Parva paro, concessa paro, non amplius alto

Im-

Impetus est volitare, legentur littora tuta,
 Extremaque immensi libabitur ora profundi.
 Non ego mortali tento deducere vena
 Quæ numquam extantum licet immortalibus
 ævum

Finiat. Ille manet nobis semperque manebit
 Æternus labor, illa novæ nova gloria vitæ.
 Nunc quæ mortales possint admittere sensus
 Pauca lubens, paucis & sponte oblata profabor.
 Non aliena loquar, nec me quæsierit extra
 Infelix studium: sua quilibet integra servet,
 Et laudet collata suo facundior ore
 Dona Dei. Proprias tenui nunc carmine grates
 Sufficiat dixisse mihi. Sic munera larga
 Sæpe Tua concessa manu, nil tale merenti
 Sæpe nec optanti, nec adhuc quid dona vale-
 rent

Optima noscenti, cogunt, Pater optime, sic me
 In mediis magnisque malis summisque periclis,
 Desperata Salus mihi reddita, redditus ægro
 Spiritus, & moribunda & lethi limine in ipso
 Consistens vita huc superas revocata sub auras,
 Munere nunc quoque læta tuo, jubet, imperat,
 addens

Currenti stimulos, animansque in carmina
 vires,

Et veri cultus ac sancti pignus amoris,
 Ingenti tenues agitat molimine versus.

Hos ne sperne precor, summi Moderator
 Olympi

Nec cantus humiles, humilem nec despice
 mentem,

Nec nisi te censendam animam. Da roboram
nervis,

Da vires ceptis, placeant Tibi carmina voce
Fusa pia, similisque piæ meditatio voci.

Da Pater, hoc, nam sole potes. Tu, Magne
Creator,

Nempe tuum pernoſcis Opus, dextraque po-
tente,

Ceu probat hoc nobis non exploranda voluntas,
Destruis, aut reficis, nunc nocti immergis opacæ,
Et letho detrudis, ad imaque Tartara mittis:

Nunc terra terraque malis atque eximis um-
bris,

Et tuta regione locas, sedesque beatas
Corporis exutos vinculis, crassoque levatos,

♯ Pondere, das oculis animorum & mente tueri,
Nec nostras aures nostras subeuntia linguas.

Das recreare pios solatia maxima sensus,
Alternasque vices alternaque gaudia miscens

Quos tua fata volunt recte das ferre dolores.

Nempe tibi, Pater alme, haud perfunctoria
cura,

Mortales miseri sumus. Hæc tua sola voluptas
Hæc bonitas suprema Tibi, studiumque juvandi

Hoc sedet, & cunctis clementia nota creatis,
Sed nostro imprimis generi, quos sede beata

Desuper adspiciens, alto super astra recessu

Cuncta tibi subjecta moves, curasque benignas
b Vel minimis adhibens, ne vel sine lege capillus

Decidat, aut media moriens passerculus aura,

Imperio sic cuncta tuo nutuque gubernas,

Ut

Ut bene fit nobis, modo ne nolimus, & ipsi
In mala, damna, necem, perversaque fata
ruamus.

O nimis indignos, nec quidquam tale merentes
Nos miseros, quid quæso fumus, nisi pulvis,
& umbra,

Immo nihil, Deus alme, nihil; nil te sine certe,
Omnia sed tecum, postquam nos, summe
Creator,

Respicias, & luce, ac vita dignaris, & orbis
Imperio, nutuque tuo, verboque potente
Instruis, & pia nos indelassataque postquam
Circuit Angelicæ vigilax eustodia turmæ.

Cui, precor, ô venerande Deus, tam cornea
fibra

Tam sint Tartareâ pressi caligine sensus,
Ingratusque sui contemptor spiritus ortus,
Tamque ferum, dignumque Hircana Tigride
pectus,

Atque animus vecors, ac inconsulta voluntas,
Osque oris linguæque expers, ignaraque recti
Et rationis egens, tam denique ferrea mens fit,
Cui Tua tot numero benefactaque tanta no-
tanti,

Non subeat totos alta admiratio sensus,
Concutiensque humilem nova consternatio
mentem

Abripiat, trepidamque pia formidine complens,
Cogat adorantem præsens agnoscere Numen,
Et sese in laudes dignasque effundere grates,
Atq; onerare alnum ferventibus æthera votis?

Hæc adeo me cura manet. Volat ima per ossa

Impetus, exagitantque piæ præcordia flammæ,
 Oraque muta, cietque imo de pectore voces
 Jam solito major, jam non spontaneus ardor.
 Plenaque divino succensaque corda furore
 Abripiens, animum currentem in carmina
 pellit.

Ergo juvat tentare aliquid, juvat ora sacratis
 Atque animos laxare modis, & pangere carmen,
 Quod Te, summe Deus non fat laudabile Num-
 men,

Et tua dona mihi, coacervatosque favores
 Commemorans tenui vena, miretur amorem
 Infandum, immensum, quem Rex celsissime
 præstas

Ingrato generi nostro, semperque rebeli,
 Æternaque malas pœnas sibi morte merenti:
 Inque illis apprime mihi quæ plurima præstas,
 Æternum Venerande Pater, Clementia quanta,
 Quæ bonitas Tua, quantus amor, primordia
 mundi

Ante mihi decretus. Ut ô nec luce fruentem
 Nec dum etiam genitum patrio complexus
 amore

Nunc etiam nutris, conservas, instruis, ornas,
 Et patria pietate foves, fotumque tueris.

Mens stupet, attonitos ferit admiratio sensus,
 Inaque divini pertentant ossa pavores,
 Præsentemque Deum sancta formidine pectus
 Agnoscit, cultuque humili veneranter adorat,
 In primos quotiens menses revocatus & annos,
 Natalemque diem, vitæque exorsa retractio
 Admiranda meæ, dubiosque ex ordine casus,

Vixque exantlatos defudatosque labores,
 Fataque diverso plus quam puerilia cursu
 Tot vicibus distincta, & tot metuenda periclis
 Sæpius, æternaque timendas nocte tenebras
 Discussas, operaque tua auxilioque perenni
 Emersis tandem post nubila longa serenis
 Lucibus, & lætis concedere iusta diebus.
 Hæc memori quotiens & grata mente revolve,
 Consilii, Rex Summe, tui decreta potentis
 Vimque Tuæ fatum non expugnabile dextræ
 Suspicio, Venerorque lubens, & sentio prorsus
 Fortuitum nihil esse bonis, sed cuncta superno
 Arbitrio, validisque Dei subsistere iussis,
 Et placitis variare modis. Hinc læta vocari
 Hæc aliis, alii rursus quæ tristia dicunt,
 Quæ tamen hoc differre uno discrimine solo
 Advertas, quod sola malos incommoda vexent
 Vera, nihilque juvent sceleratis congrua votis
 Fata, secuturæ nisi quod prænuncia cladis
 Durius inflictum securis vulnus acerbent,
 Extremamque gravent simul accelerentque
 ruinam.

Sola pios at vera manent æternaque vitæ
 Commoda, non illis durissima credita vulgo
 Fata nocent, quæ tandem ipsorum cedere
 summo

Coguntur conversa bono, certæque saluti.
 Non secus ac ægrum quæ cernas lædere corpus
 Agrestesve gravesque cibi sint, sive salubres,
 Et duri sint sive leves facilesque labores,
 Quæ firmis sanisque ferunt nutrimina mem-
 bris,

Et solidis augent athletica robora nervis.

O Rerum supreme Parens, da quæso pefenti
Justorum numero censerì ac ordine sacro
Me miserum, precibusque piis, votisque co-
lentem

Te Dominum, fatigue Deum, Astrorumque
potentem.

Sic seu læta mihi currant, seu tristia fata,
Mens animi maneat constans, nec mobilis ullis
Fortunæve hominumve minis, sed conscia

C H R I S T I

Atque DEO secura suo confisa parenti,
E cunctis salvanda malis illæsa triumphet.

Hoc precor, hoc, Venerande Deus, concede
precanti,

Et scio concedes. Sic spes divina futuri,
Nec dubiosa fides, fidei sic Spiritus auctor
a Promissus cupidis, sic experientia certis
Exemplis, propriisque mihi collecta probatis
Spondet, & ad cunctos præstat solatia casus.

Quippe mihi (nam non invitus sæpe re-
cordor,

Et memori quoque nunc oberfant omnia
menti,)

Quanta mali, vis sæva mali quam sæpe misello
Incubuit, monuitque utentem forte piorum
b Communi, facienda bona, & mala multa fe-
renda

Esse pio, Sed cuncta tamen cessere benigno
Numinis auxilio devicta, fugata, nec ullum
Permanfit constans aut irreparabile damnum.

Quam

a Luc. II. v. 13. b I. Petr. 2. v. 29.

Quam cuperem nunc, Alme Pater, numero-
rosa profari

Ætatis mala magna meæ, superantia longe
Mensuram annorum modicam, numerumque
dierum,

Corporis & juxta vires, animique tenelli.

Quam cuperem; justique canens exempla fu-
roris,

Et mea condignis exercita crimina pœnis,

Addere quæ primæ capiens fastidia vitæ,

Sensi magna Tuæ mox adjutoria dextræ!

O utinam digno detur Hæc mihi pandere versu
Singula, quæ numerare vetat sua copia, quæque
Munera nondum etiam nato tua sancta vo-
luntas

Decrevit, vitæ fingens mihi fata futuræ:

Ne tamen ingrata probrosa silentia linguæ

Nocte premant collata mihi benefacta perenni,

Obvia nunc, animoque meo sistentia sese

Laudator tenuis, qua tandem voce licebit

Pauca canam, vel multa canam, sed plura filebo.

Nempe Tuo Venerande DEUS sum mune-
re natus

Natus homo, ratione & imagine Numinis almi

Nobilior brutis, fragilis licet illa tegatur

Corporis exuviis, animo quod viribus impar

Sæpius injecit volucris retinacula menti.

Scilicet hoc etiam certo Prudentia summa

Consilio Tua fecit, ut ortum sæpe recordans

Debilitate sua atque instantis imagine lethi

Luctificum, matura Tuæ primordia summæ

Nec merito reputanda meæ pietatis adorem.

Nam

Nam siquidem non vana fides, & vera meorum
 Si constant narrata sibi, non Sparta tulisset
 Martia me, natumque necasset decolor Indus,
 Philosopho vel Cive furens auctore Stagira,
 Cum pallor, maciesque brevis prænumcia vitæ,
 Et solis obducta tenerrima pellibus ossa,
 Extantes tali, planta calx longior, & pes
 Articulos numerare omnes, nec segmine facto
 Qui sineret tremulos visu discernere nervos,
 Et tergum ferram quod posses dicere, lumbi
 Elumbes, pro ventre locus, neque musculus
 omni

Corpore vel saturum qui posset pascere murem,
 Et tussis, gelidoque tremiscens frigore pectus,
 Vix sibi conspecto præcocia sæpe juberent
 Pœoniæ dubiosa artis præcepta secutum,
 Invitum quamvis, prædicere fata parentem.
 Nate vale, vix nate vale, divellimur ergo
 Momento sociati uno, vitamque recentem
 Nescius, ingressusque modo fugitive relinquis?
 Nonne foret fatius nec te, dulcissima conjux,
 Infirmum hunc peperisse, nec illum ad funera
 natum,

Gaudia quæ optato dederas relevata puello,
 Mox immaturo rursus deferre sepulchro?
 O nimis immitem Lachésin, ô stamina vitæ
 Curta nimis! Jam cerno, puer dulcissime, cerno
 Ora propinquantia male singultantia Letho,
 Jamque extrema trahens tenerum suspiria
 pectus

Adspicio, tenuique oculos jam luce natantes,
 Et magna de parte intus jam morte receptâ

Elu-

Eluctantem animam fracto de corpore cerno,
 Sic secum Pater. At ridens Deus æthere summo
 Firmus in infirmis, perferre volucris auris
 Hos questus, & læva vagis dedit omina ventis.

Me sternutantem calidis nutricula pannis
 Involvit, pavidoque inspexit pallida vultu
 Sæpius, an etiam nunc spiritus æger anhelum
 Quassaret pectus, vacuasve volasset in auras.
 Hinc tepido modicoque fovens me lacte misel-

lum,
 Jam desperatæ suffudit pabula vitæ.
 Congenitam mox ergo mihi mea crimina la-

bem,
 Rore sacro laticisque ablutus fonte beato,
 Spes ego decepi potius, quam vota parentum,
 Effusasque preces: crescensque infantia cœ-

lum
 Fortior in plenos hausit mea lætior annos,
 Nil morbo, morbive metu, mortisve gravata.

Jamque animus vivax puero crescebat, &
 annos,

Corporis & modico pollentes robore nervos
 Ingenii vis aucta mei superare laborans,
 In varios lusum agilem & molimina vana
 Et curas tenues acuens, ad inania mentem
 Accendit, cunctos imitatrix simia mores
 Ceu fingit, motusque hominum se format in
 omnes,

Visaque ridiculis commutat seria nugis:
 Sic ego, nescio qua nimio temerarius ausu
 Adscendens, mox præcipiti turbatus ab alto
 Procubui lapsu, quo rumpi debile guttur

Et

Et caput excusso terræ allisſſe cerebro,
 Atque ipſam effuſiſſe animam proclive fuiſſet:
 Aſt ego, divino ſic me cuſtodē regente,
 Nil niſi brachiolum propius qua jungitur armo
 Infregi, quod poſt cura ſtudioque parentis,
 Succēſſus addente Deo, viresque tenellas
 Augente, haud magno ſolidatum tempore
 rurfus

Concrevit. Nec jam veteri de vulnere tanto,
 Ulla manent, alias ſoliti, monumenta dolores,
 Nec monſtranda tenet veſtigia nota cicatrix.

Cætera quid memorem Tua munera, Maxi-
 me Rector,

Cunſtaque quo digne cantem verbosior ore,
 Præmatura Tuæ quæ munificentia dextræ
 Jam puero primis numeroſa indulſit ab annis,
 Nondum noſcenti nec Te, nec dona benigna
 Larga Tua conſeſſa manu. Quod nempe Pa-
 rentes

a Chriſticolas, vereque pios, quales prece multa
 Tharſiades, votisque piis, lacrumisque petebat.
 Quod Patriam, quæ verba Dei, quæ nomen ho-
 noret

Imperio Germano & toto nobilis orbe,
 Denique quod fratrem quo non mihi carior
 alter

Inveni modo natus, id ô Pater optime, totum
 Muneris eſſe tui fateor, ſemperque fatebor.

Quod porro ingenium, præceptorumque capa-
 cem

Ac docilem naſtus mentem, ad meliora, paren-
 tum

Im-

Imperio, durique licet terrore magistri,
 Applicui, assuescens studiis veroque labori,
 Quodque sacrae pietatis amans, Te saepe pusillus
 Tentavi precibus, votisque & simplice cultu,
 Gratia sola Tua est, qua Spiritus intima sanctus
 Rexit, & auctorem docuit cognoscere sum-
 mum,

Clementemque Deum, & puerili arcessere voce
 Jussit, & abba Pater, sonuit lactantis in ore,
 Non effabilibus cumulans suspiria votis.

Sic igitur virtuti incumbens atque libellis,
 Consiliatricem praeceptricemque malorum
 Desidiam excussi membris, atque otia lenta
 Effugiens, vitium effugi, tollendaque seris
 Vix annis primae communia crimina vitae.

Sicque manum ferulae tandem subduximus, &
 nos

Aetatemque suo primam fervore calentem
 Auspiciis propriis solo adspectante Parente
 Reximus. Ast illum saevi inclementia morbi
 Paeoniis succis, cunctisque salubribus herbis
 Fortior afflixit, nec adhuc aetate gravatum
 Aut annis pressum fatis admovit. At ille
 Pauca super miseram genetricem, nosque pre-
 catus,

Atque Deo soli nos commendare laborans,
 Ipse lubens obiit, lethumque interritus hausit,
 Et jam contractam morbo, sedemque caducam
 Corporis averfantem animam permisit O-
 lympo.

Felix ille quidem, & quantum licet esse
 beatus,

Cui

Cui placidè, nec detrectans, sancteque piequē
E vita hac, quam mille gravant & mille malo-
rum

Usque novæ species, quam nox super incubat
atra,

Atque ambit, CHRISTO ducente, jubente,
recessit,

Ad vitæ properans sedem melioris & ævi.

Nos vero miseros magis, infelicio aura

Post illum quos nutrit adhuc, & plurima ductos

Per mala, nunc etiam terrarum detinet umbris

Implicitos, fortisque vices & vana timentes.

Hoc cœlum, memorande Pater, nunc testor,

& astra,

Et cœlum hoc magnum, cœlique quod astra

gubernat

Numen, ut optavi morientem Te comes olim

Ipsè sequi, ac una componi frigidus urna.

Nec justî tamen atque recentis sola doloris

Vis fuit hæc: eadem plures mens mansit in

annos

Et nunc firma manet. Nec enim mea vota pre-

cesque

Nunc damnem: repetam potius, quæ sæpe

precatus

Tandem certa feram. Da clementissime Rector

Orbis, & alme Deus, fragili da corpore solvi

Ocyus, atque meo propiorem degere CHRIS-

STO.

Sic precor, atque puer, memini, sic sæpe pre-

cabar,

Sive

Sive futurorum sic mens præfaga malorum
 Suadebat, seu cæcus & annis impetus illis
 Inconsultus erat, ratio seu vera precandi
 Jam tunc stans de parte mea mihi nota patebat.
 Non certe languor nec desidiofa quietis
 Spes mihi caussa fuit voti. Non lenta placebant
 Otia. Non primis umquam mihi defuit annis
 Ingenium vigilax, animi mens, corporis ardor,
 Et juvenum cunctis constans audacia cœptis.

Nempe omnes subii desudavique labores,
 Centenos tamquam certo victurus in annos.
 Liberioris & aucta mihi cum copia vitæ
 Non abjectum animum varios pulsaret in
 ausus,

Quo-me-cunque furor juvenilis, & impetus
 acer,

Et novitatis amor, studiumque immane sciendi
 Pellebat, laudum cupidus, festinus, & audax,
 Auspiciumque sequens famæ, ingeniique fati-
 gans

Nil detrectantis nervos, vestigia doctis
 Et magnis calcata viris, charoque parenti

Qua poteram relegens, confidentissimus ibam,
 Fortunam famulam mihi, præventuraque
 semper

Votum fata putans, superandaque cuncta labore
 Assiduo, humanis, concedere pervia curis,
 Spem magnam invidiam fati facturus habe-
 bam.

Jamque puer (si fas saltim sine crimine vanæ
 Ambitionis adhuc mihi commemorare talenta
 Usibus ah! aliis, indultu credita summi

Nu-

Numinis,) attigeram quarti primordia lustri
 Et mea fedulitas, animique volatilis ardor
 Cunctas penè vias studiorum, altosque recessus
 Sponte sua, ductore carens pervaserat omnes.
 Non hospes Latio poteram turbæve videri
 Grajorum: ratio constabat certa loquendi.
 Argumenta locos noram ducenda per omnes,
 Et quibus eloquii stant ornamenta figuris,
 Sive solutus eat, seu celsos sermo cothurnos
 Induat, & numerosa exhalent verba furores.
 Et fuerat novisse parum, nisi concitus ipse
 Grandia fudissem puerili carmina vena.
 Et memini fudisse olim, & cecinisse Colum-
 bum

Carmine verbofo, memini cecinisse parentem,
 Agnatosque, bonos & amicos, & prius hisce
 Omnibus, ut par est, in honorem Numinis
 hymnos.

Verfibus hinc majora addens, quæcunque ve-
 tufta

Grajorum, gentisque jubent monumenta to-
 gatae

Fortia facta virum feros memoranda per annos
 Et fucceffuris repetenda fenescere fecilis,
 Evolvi, & studio vitanda imitandaque magno
 Discernens, chartis fidis animoque locavi.
 Et mores, quos quæque probasset terra, vel
 omnes

Quos collaudassent, didici. Quæ norma decori
 Quæ justî, quis verus amor, quæ meta laborum
 Optima, quæque hujus sit vitæ summa beatae.
 Porro quam varia possit respública lege

Uniri,

Uniri, cives qui præstantissimus ordo
 Conjungat, dio cujus pars magna Platoni
 Nondum etiam perspecta fuit, neque nota Sta-
 giræ.

Quid memorem numeros numerorum, & di-
 scere leges

Quas placuit mensuræ, & eodem linea plano
 Quam varias varie componat ducta figuras.

Inde artem radio pingendi gentibus orbem,
 Terrarumque situm, & stellis radiantibus axem,
 Occasusque ortusque astrorum & tempora
 certa,

Quæ variant distincta suo vaga sidera motu.

Tum quæ decipiat tremulum fallacia visum,

Quæve admota juvent, & cætera plurima, quæ
 nunc

Singula vix numerare vacat, quibus impiger
 olim

Imbutus, patriam maternaque tecta reliqui,

Impatiens residere domi, peregreque vagari

Imprimis avidus: Nec jam me vota meorum

Multum immaturos annos teneramque juven-
 tam

Sæpe objectantum, lacrumæve movere parentis

Ulterius poterant, cursusque inhibere paratos.

Ergo lares patrios fugiens, charosque pro-
 pinquos,

Et cum fratre una peregrinæ creditus auræ,

Liberior totas animus laxavit habenas

Ipse sibi: nec pars studiorum intacta remansit

Quæ decoret, vel quæ possit recreare colentem.

Qua ratione domos variis fundare columnis.

Aptatas solidare trabes, & tollere coelo
 Conveniat celfo minitantes culmine turres.
 Ut Vallis, latisque urbes circumdare fossis,
 Et bene firmatis quæ propugnacula muris
 Expediat posuisse, aut quâ fulcire caduca
 Arte detur, subitasque cito reparare ruinas,
 Aut facere, utiliterque inimica advertere muris
 Agmina, quâ fossas liceat superare profundas,
 Eminus aut multo congesto stipite vallo
 Desuper impendere urbi. Tum prælia quali
 Conferere opportuna loco, quove ordine,
 quantum
 Obliquam, aut sinuatam aciem, flexamve mo-
 veri
 Expediat, cuneare etiam, aut compage soluta
 Quando globos laxare omnes, atque agmine
 facto
 Hinc atque hinc vacuo præstet se effundere
 campo,
 Et quas præterea bellorum figere leges,
 Quæque solent variare Duces edicta periti.
 Nec tamen heic etiam discendi substitit ardor:
 Lassus præteritis, & mox præsentia damnans
 Ad nova pergebam. Cujusvis nomen ad artis
 Auditæ jam me pruritus, & inde sciendi
 Prima rudimenta & primordia cura tenebat.
 Ergo etiam præcepta avidus præfaga futuri
 Addidici, nocturnus Arabs, aut accola Nili
 Quæ coelo collecta dedit non pauca sereno,
 Plurima vana quidem, sed non tamen omnia
 vana,
 Si speranda fides etiam hic comperta loquenti,

Exemploque probata meo, qui sæpe recordans
Prævisamque diem, sævæque pericula mortis
Fatalemque horam; clementia Numinis almi
Quam tamen, hocce meo toties de pectore
fufis

Indulfit precibus, vetuitque immergere letho
Atroci, & damnando animam meliora precan-
tem.

Ne memorem vario quæ constans liæna ductu
Frontibus, & mediis scribit præfagia palmis
Et quæ præterea non delassandus, & omni
Intentus generi studiorum sedulus haufi.
Scilicet omne genus discendi, ars quæque pla-
cebat

Ingenio laudanda meo, nulli tamen omnem
Olim impendendam potui decernere vitam.
Nec studiis solum capiebar: in omne laborum
Usque genus poteram juvenilem flectere men-
tem.

Nunc mare, nunc terras peragrare, & mercibus
Indos

Aut Afros, Arabasve vagos spoliare libebat,
Mens quoque sæpe fuit furibundum poscere
Martem,

Signa sequi, lituosque tubasque ac æra sonoro
Agmine, quæque explosa cient tormenta tu-
multus.

Omnia mens agilis, mens ignea singula versans,
In varias se sæpe vias dubiosa movebat,
Cuncta probans, laudique inhians cujuslibet
artis,

Cujusvis studii. Sed & horum plurima vires

Corporis , atque animi tandem lentanda potestas ,

Vel matris desiderium , vel vota meorum ,

Nascendive locus , vel fors inimica vetabant.

Donec sancta Themis tandem atque volumina legum

Vosta fatis, numerosa fatis, confusaque , molem Librorum pluteo deturbavere gravato.

Recte equidem, digneque: sed ò si fata dedissent

Sacta salutiferi potius mysteria verbi

Tranctare, atque illi totas impendere curas!

Quam mihi nunc tranquilla quies, nugisque maneret

Liberior mens , nec turbæ socianda profanæ!

Sed quoniam non hæc Superis fuit alta voluntas ,

Nec factum mutare licet: dent crimina pœnas

Hæc mea, castigetur temerarius error ,

Quique leves juvenem stimuli ambitionis agebant.

Interea Tu , Magne Deus, dum prima negantur

Vota mihi, cursus studii moderare secundos ,

Hactenus & tractata mihi , tractandaque posthac

Da , Pater alme, Tuo cedant constanter honori,

Et profint patriæque meæ , carisque propinquis,

Et cunctis, non læva mihi tua sancta voluntas

Quos olim in patria , aut alibi, volet esse clientes

Discipulosve mihi, da denique cuncta saluti

Cedant fausta meæ. Da, Clementissime, quæso,

Hoc , Pater, & cœptis feliciter annue nostris.

Si

Si Te alias largum, nec inexorabile Numen
Sensimus; Immerſum magnis multiſque pe-
riclis

Olim Italis cum me peteret nil tale timentem
Fraudibus, invidioſa manus, ſtudioque nocendi
Et cæco in meâ damna ruens accenſa furore.

Tunc Tua me, Venerande Deus, Tua gratia ſola
Hoſtibus eripuit rabidis, & acerba furentum

In me odia illuſit, ſemperque obſeſſa viarum

Inſidiis vitare dedit, tutoque reduxit

Tramite, nec ſolum prædæ dedit eſſe capillum;

Tu pariter, memorande Deus, Tu ſole mi-
ſello

Præſidium, Medicuſque mihi, & medicina
fuiſti,

Toſta mihi ſævo cum languida viſcera morbo

Siccarentur, & obſtructis penetrabilibus imis

Purpureus venis ſenſim putreſceret humor.

Communique utens ægro cum corpore fato

Viſ animi, curſu jam lentaretur in ipſo.

Seu ſic Auſtriacus noſtris inimicus ſacchus

Turbabat venis; ſtudiis ſeu ſpiritus olim

Fixus & abſumptus nimiis, ſtagnare nocentem

Materiam ac imo dederat conſidere ventre,

Immotam ferro, ac chalybi, tritæque cicutæ.

Acceſſit Medicus, quo non indoctior alter,

Qui nocitura, brevique iterum reprobanda pro-

pinans,

Ipſe viam letho latam patefecit, & aucta

Vi morbi inſtantem ſatagens prædicere mor-

tem,

Tandem alii in vitus me tradidit. Ille vocatus

Arte

Arte Machaonia, mixtisque peritior herbis
Evacuans pigro stagnantem ventre saburram,
Expulit admissi felix primordia lethi.

Scilicet hoc Tu, summe Parens cœlique Po-
lique,

Hoc precibus lacrumisque meis, mœstæque
parentis,

Absentisque simul fratris commote jubebas.

Nec minus Aureliis, etiam Tua magna Po-
testas

Adfuit, ac aures misero patuere benignæ
Clamanti, & miserere Deus, miserere, cienti.

Aureliis, ubi te quondam, charissime TROLLI,
Non revocanda dies & ineluctabile fatum

Abstulit, & nimis immaturo funere merfit.

Me dolor, atque tui TROLLI miserande pe-
rempti,

Et desiderium, & gravis inclementia febris
Confimilisque tuæ, & Medici melioris egentis,

Spemque metumque inter, magno terrore pre-
mebat.

Ipseque lethiferis mors irretiverat atra
Cassibus, implicitumque tenens in cæca tra-
hebat

Tartara, qua Stygiis torrentibus æstuat Orcus,
Atque animas fido consolatore carentes

Experiundorum certo sine fine malorum,

Et miseri pavida conturbat imagine lethi,

Huc ego deductus, vix præformidine mentis
Semianimis, media Dominum de morte vocavi,

Qui me de folio stellati celsus Olympi

Aspi-

Aspiciens frustra luctantem & multagemen-
tem

Præsenti auxilio juvit, dextraque potenti
Eduxit, mediaque adeo de morte redemit,
Eripuitque orco, rictu deductus hianti
Et patulo qui me spe sæpe voravit inani.

Ergo, Deus, venerande Deus, Tibi pectore
grato

Thura litare precum juvat, & Tibi dicere laudes.
Nam Tibi consilium vitæ, auxiliumque re-
gendæ

Committens, Deus alme, meæ, bis terve mo-
nendus

Inque animum revocandus eram quam stami-
na fuso

Nostra cito, filoque brevi fragilique rotentur.

Hoc Italos odiis, variaque libidine fœdos,

Et notos celeri Gallos levitate petentem

Proderat admonuisse, novæ consortia vitæ

Ne male flexibilem traherent in crimina men-
tem.

Hos iterum, octava cum fessus denique bruma

Tantis terrarum spatiis, tot casibus actus,

Reddendus patriæ spe non renuente viderer,

Nondum etiam oblito monitus renovare pa-
ternos

Visum forte Tibi. Postquam febricula rursus

Importuna, æquis patriam contingere votis

Me vetat, & miserum spe nunc quoque lactat
inani,

Et terret graviore metu, curisque fatigat.

Magne Deus, terræ cœlique hominum-

que Creator

Æternum venerande PATER, Tuque opti-
me JESU,

Vox magni ratioque Dei, & Tu pectora, Sanctus
Olim electorum qui SPIRITUS ima gubernas,
Has humiles ne sperne preces. Miserere jacentis
Semper, & orantis, nec dedignare vocantem:
Sed trepido succurre, precor, succurre paventi,
Et tenui Te voce, at magno angore cienti,
Præsentique Deus præfens assiste medela.
Namque, Pater, Tu sole potes, Tu vulnera nobis
Infligis, solidasque iterum, imponisque le-
vasque

Impositos fasces. Veri solaminis auctor,
Et miseris promissa Salus, atque unica Vita
Tu, Deus alme, manes. Te solum supplice
cultu

Nunc veneror, vitamque & veram posco fa-
lutem.

Tu, siquidem nostri causæ sunt crimina morbi,
Da, precor, humanæ forti, primæque juventæ,
Da precor ætati veniam. Peccavimus omnes,
Omnes æterna puniri morte meremur,
Ni mitis velis esse Pater, fragileque tuorum
Ni mox respicias vires de pulvere sumptas.

Sis mitis, sis ergo bonus, Pater alme, precamur,
Ne sævi, furiose, nimis. Non hisce ferendis
Non ego sum. Cessa tandem, Pater optime,
cessa,

Sentio commotæ crudelia vulnera virgæ,
Sentio onus, nervosque metu ac terrore solutos,
Et fractas animi vires, magnoque pavore
Brachiaque & dextras lassas humerosque laban-
tes.

Tan-

Tandem parce, precor, Pater, atque ignosce
petenti,

Da veniam fasso, patria pietate remitte
Offensas, viresque mei jam corporis ultra
Atque animi, ah iram nimium compeſce fu-
rentem!

Quod si tota mihi spes interdicta salutis,
Si tandem pueri petulantia morte pianda est,
Nil moror. En rata sit Tua sancta & magna Vo-
luntas,

Alme Pater, non fata hæc immatura recuso,
Dudum præſentis fordent mihi munera vitæ,
Nec mihi munera sunt: sed onus, sed flebile
pondus:

Propria nec tam me quam matris cura relictæ
Angit: eam Tu, juſte Deus, mea crimina num-
quam

Ferre fines, culpæve meæ sibi ſumere partem
Majorem, atque meis præſſam succumbere
pœnis.

Illi magna mei confer ſolatia lethi,
Jamque lubens moriar, vivuſque ſubire ſepul-
chrum

Nil graver. Aut ſi ſic poſcis, vel fulmine puni,
Dum cita mors curis animam sævoque dolore
Abſolyat, ſordefque lavet mihi criminis omnes,
Æternamque ferant hæc funera læva ſalutem.

Hanc ſaltim concede, Pater, concede petenti,
Et ſcio concedes. Sic certi oracula verbi
Nempe Tui, nec ſperanti nec clauſa præcanti
Et totiens comperta mihi Tua gratia ſpondet.

Cui ſoli acceptum refero, quod tramite recto

Vana superstitio veri fucata colore
 Atque impostorum falsæ pietatis imago
 Ancipiti nunquam seduxit in avia fraude.
 Nempe tuo auxilio Sathanæ vitavit abyssos,
 Hoc certe felix animus. Tu perface porro
 Perface opus , Venerande Deus , nec desere
 ccepta.

Et scio perficies. Et si mea crimina mortem ,
 Majores vel morte jubent Te postcere poenas,
 (Quod tamen hic iterum supplex Te depre-
 cor unum)

At Tu ferre dabis. Sic me patientia nunquam
 Deferet , & victrix Spes semper firma manebit ,
 Solamenque Fides addet , finemque manere
 Extremum faciens, quacunque in morte beabit.
 Hoc credo, hoc spero, hoc firma pietate fideque
 Quotidie precor. Hæc mihi pars certissima voti
 Constat , & in media præsens fiducia morte.
 Hæc mihi, si sic fata velint, quæ deprecor usque,
 Impositis adversa malis, cessuraque numquam
 Ipso etiam cœlo se præcipitante manebit,
 Et stabit longos indelassata per annos.

Si tamen , O Deus alme , genu quod supplice
 nixus

Te precor , ulla meæ remanent solatia vitæ ,
 Si superest primæ , spes ulla relicta salutis ,
 Si redeunt vires , ut sentio , si vigor artus
 Occupat , atque iterum si vis sævissima morbi
 Visceribus se consumens desæviiit imis ,
 Si , ceu signa ferunt , mitescet tempore tracto
 Ingenium crudele mali, minuetque furorem :
 Da , Pater , hanc Duce Te quam solo & præfide
 solo

Vi-

Vitam qua potui per læta & tristia ductam
 Nunc etiam duco, fata ad meliora refervem
 Denique, nec longos vivam infeliciter annos.
 Da requiem fesso tandem, finemque malorum,
 Et cursus faciles fatorum, & sidera dextra.

a Non ego avarus opes, censumque in damna
 furentem,

Aut male dilaceranda mihi bona nequiter opto,
 Nec quos non mereor sequor ambitiosus ho-
 nores.

Exulet ista meis semper vecordia votis.

Hoc peto, ne desit nimium mihi, nilque su-
 perfit,

Ne mihi deliciis mentem vesana libido

Corrumpat, nimia ve animus dulcedine rerum

Atque voluptatis plenæ languore solutus

Negligat, aut summum contemnat forte da-
 torem.

Nil ultra modicum quæro. Quodcunque neces-
 se est,

Et sine quo non vita placet, sed vivere mors est,

Hoc humili solum voce, ac prece supplice posco,

Si locus illus adhuc precibus, posco, atque re-
 posco.

Si Tibi perdita ovis placuit: si filius olim

Degener occursum potuit gaudere paterno,

Illi me similem faxis, Pater, atque perosum

Plurima transactæ puerilia crimina vitæ

Ad Te currentem rape, crimina cuncta remitte,

Et pœnas aufer, patria pietate misellum

Amplexuque fove molli solatia nutu.

P 5 Da
 in Prov. 30. v. 7.

Da placido, alloquioque Tuo da dulce levamen
 Mœrenti, ac animam longa sub morte trahenti.
 Scilicet atroces portavi Numinis iras
 Longius, immitesque dedit petulantia pœnas.
 Jam satis illufere hostes, vicinia tota
 Insultavit acerba mihi, miserumque protervi
 Vocibus & risu divexavere procaci.
 Non ego, chare Pater, tanto par esse dolori
 Ulterius, tantisve queam subsistere curis,
 Jamdudum mens fracta malis animusque fa-
 tificit.
 Tandem, chare Pater, tandem, Pater optime,
 finem
 Hisce meis impone malis, venturaque profus
 Dissimilis vitæ currat fortuna peractæ,
 Aut sit nulla mihi vita, aut brevis, aut procul
 omni
 A luctu & lacrumis ignominiaque fenescam;
 Da mihi, chare Pater, tetrum deponere mor-
 bum
 Qui cum carne cutem, qui ficcet in osse me-
 dullas
 Oppressumque animum misero depascit & auf-
 fert.
 Da patriam incolumis tandem charosque pro-
 pinquos
 Adspiciam, veterique domum tibicine fultam,
 Deliciasque meas forulos, variosque libellos;
 Et quæ nunc spe tarda nimis sua gaudia poscit,
 Da viduam matrem salvo cum fratre salutem:
 Cumque illa reliquum degam feliciter ævum,
 Donec sola virum quæ dissociare parenti

Divina

Divina vi vota valent, ineantur, & apta
Moribus, arbitrioque Tuo, Pater alme, probata
Sponsa sinus, ac ima mihi præcordia pandat.

Sic ego, sive forum, seu curia, sive cathedra
Meposcat, bonitate Tua, fretusque potenti
Auxilio, Pater alme Tuo, pietate, fideque,
Te pura veraque colam, servire paratus
Cui potero, promptusq; bonis, & largus egenis,
Vota tibi solvam; nec quod semel ore profudi,
Ulla mihi mutant vivendæ tempora vitæ.

Sic si forte novæ, veniant in carmina vires,
Seque vigor, quod nunc spes abnuvit, exerat
ultra:

Numquam carminibus, Deus alme, tacebere
nostris.

Soli vena Tibi mea ferviet, & tua facta

Admiranda pii discent me vate nepotes.

Si tamen hic etiam nunc prorsus inutilis ardor

Ingenii veteres neget usque resumere vires,

At non propterea decus immortale benigni

Numinis immeritâ condent oblivia nocte.

Æternum laus, summe Deus, Tua scripta ma-
nebit,

Mente meâ, memorique hærebit pectore fixa,

Et quo voce minus potero, Te, Maxime Re-
ctor,

Corde magis, vitaque colam. Tibi ferviet iste,

Dum meus hac tenui vescetur spiritus aura,

Donec in æthereas sedes deductus Olympi

Excelsô super astra gradus firmante cothurno

Summa ferar, curasque humiles mortaliaque
alto

Despiciens cœlo gradiar , securus ab omni
 Immunisq; malo , subjectaque sidera calcem,
 Lætus ovans , puroque hilaris caput æthere
 condam ,

Immensoque Tuis completo laudibus orbe
 Cantus ipse meos sanctorum cantibus addam ,
 Angelicaque canente simul Tua facta cohorte
 Jam non mortali cultu, neque voce profanâ
 Heic olim collata mihi tua munera pandam ,
 Accendens dignis cœlestia tecta Triumphis.

F I N I S.



EPI-